

Alte Drucke

Postillae siue Conciones In Epistolas Et Euangelia quæ ab adventu vsque ad Pascha in Ecclesia legi consueuerunt ...

POSTILLAE || siue Conciones || IN EPISTOLAS ET || Euangelia quæ ab Aduentu
vsque ad || Pascha in Ecclesia legi consueue-||runt, authore R. patre D. ||
Ioanne Fero Conciona-||tore absolutissimo, ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

Dominica secunda POST EPIPHANIAE EVANGelium Ioan. II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150400

POSTILLA F. IOAN. FERI

nem veteris hominis & noui susceptionem! Aliquid quidem acerbitatis hęc res habet, sed Christus fidelis medicus prius experiri voluit, quō mos libertus sequeremur. Quod si igitur hodiernę dominicę epistolę obsecuti nos illi nō solum cum fide, verum etiam cum tota vita, in dō etiam cum corpore, anima omnibusq; viribus dederimus, verē ac pī apparitionē hanc Christi meditati & memoria tenere vī debimur. Deus nobis omnibus largiri dignetur suam gratiam, vt hoc aliaq; que ad nostrā salutem pertinent eo modo meditemur atq; ipso opere perficiamus, Amen.

Dominica secun-

DA POST EPIPHANIAE EVANGELIUM Ioan. II.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad iuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinan nō habent. Et dixit ei Iesus: Quid mibi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem lapidea hydriae sex positæ secundum purificationem Iudeorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit ei Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & fertе Architriclinio, & tulerunt. Ut autem existauit Architriclinius aquam vinum factam & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauerant aquam: vocat sponsum Architriclinius, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti vinum bonum usq; adhuc. Hoc fecit Iesus initio signorum in Cana Galileæ & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

EADEM

EADEM DOMINICA

EPISTOLA Rom. xii.

Eratres, Habentes donationes secundum gratiam, que data est nobis, differentes: sive prophetiam, secundum rationem fidei: sive ministerium in ministrando: sive qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit in simplicitate, qui praest, in sollicitudine: qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine similitudine, odientes malum, adhaerentes bono, charitate fraternali inuidicem diligentes, honore inuidicem praeuenientes, sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentiibus vos: benedicte, & nos lice maledicere. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Id ipsum inuidicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

PRIMVS SERMO

Docet cur istud Euangelium hodiernæ dominice dicatum sit.



Vantam vbiq; locorū industriam ac prouidentiam in rebus quibuslibet digerendis ordinādisq; adhibuerit ecclesia, præsertim in iis que utilitatem adferre possunt maximam, & in omni vita vsui esse, vel ex hodierno solo liqueficit euangelio. Ita enim res omnino fert, non solum in sacris, verum etiam prophanis negotiis, in omni artium & opificiorum deniq; genere. Ordinem, inquam, in omni doctrina & traditione obseruari necesse est, si modò aliquis speratur inde fructus. Quod vbi non fit, sed summa miscentur infimis & posteriora anteferuntur prioribus, exiguum emolumen tum inde referre auditores nemini dubium esse potest. Sic hoc quoq; in loco. Bonum, utile & salutare esse nemo negaverit, quicquid Christus vel locutus est, & maiorem adferre utilitatem, si suo quodq; tempore & debito ordine tradatur. Hoc vnicē ecclesia conatur, & huius authorē Christum habet. Sicut enim prudētissimē oīa sua opera Christus insituit: ita optimo in ecclesia nobis ordine ea traduntur.

EE; Quod

POSTILLA F. IOAN. FERI

Quod ut ex hoc euangelio, ita ex aliis rebus pluribus manifestum euadit, si penitus introspectatur. Id ut verum intelligatur esse, pro huius concionis proemio exemplis aliquid indicabo. Primo, quod CHRISTUS sua opera prudenter admodum instituit, Deinde quoque, quod ecclesia istiusmodi opera ordine & ut decet, nobis proponit.

Primo, si ab ipso statim principio Christus ipsemet sibi Messiae nomen vendicare ceperit, & venditare se se nominis regis Israëlis, nemo illi facilè fidem habiturus erat, siquid suspitione non caret, qui sui preconium ipse canit, iuxta illud Sapientis: Laudet te alienus & non os tuum. Verum Christus res suas sapienter instituit, priusquam de se ipse verbum nullum facit, praemittit alios qui de ipso testificantur, non unum tantum, sed plures, angelos & homines, Iudeos & Gentiles, viros & feminas, quin etiam creaturas rationis expertes, ut bellam. Et quanquam praeclarata testimonia iam pridem praeselerant, alia ramenta & illis maiora praemisit, negotiorum suorum iam auspicaturus, ut pote Ioan-

Prou. 27. nem cum suo baptismo & clamore, quo ad poenitentiam prioris vite omnes mortales vocabat. Secundo vocem patris cœlitus omnium aures perstringentem, tertio testimoniū sancti spiritus in specie columbae, & supra hæc omnina admiranda & diuina miracula sua. Id est totum in eum finem, quod minus homines offendetur, audituri aliquando ex ipso. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viviet, & omnis qui vivit & credit in me non morietur in eternum. Item: Ego & pater unum sumus. Et illud: Si quis sit, veniat ad me & bibat. Nam qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sit nisi in æternum, sed aqua quam ego dabo ei sit in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Enimvero Iudei grauiter his sermonibus offendebantur eosque; pessime sapienti numero interpretabantur, ut cum diceret: Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Rursus: Abraham mortuus est & propheta: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternū. Nunquid tu maior es parte nostro Abraham qui mortuus es? Quem te ipsum facis? Et iterum: Non de bono opere lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis te ipsum deū, &c. Ad hunc modum hisce Christi sermonibus offendebatur, sed vicissim audire cogebatur,

Ioan. 1.

Mat. 3.

Ioan. 6.

Ioan. 12.

Ioan. 10.

Ioan. 7.

Ioan. 4.

Ioan. 8.

Ibidem.

Ioan. 10.

bantur, quod in illos regerebat Christus. Et si testimonium *Ioan. 8.*
perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia solus non
sum, sed ego & qui misit me pater. Itē: Si ego glorifico me *Ibidem.*
ipsum, gloria mea nihil est, est pater meus, qui glorificat
me, quae vos dicitis, quia Deus noster est, & non cognovistis
eū. Rursus: Vos misistis ad Ioannē & testimonium perhibuit
veritati. Ego autem habeo testimonium maius Iōāne. Opera
quaे dedit mihi pater ut perficiam, testimonium perhibent de
me. Vide isthac modo Christus testimonio Joannis, patris
coelestis & suis miraculis improbab aduersariorum male-
dictionem reprimere potuit. Atq[ue] ideo, ut principio ad mos
qui, talia præmisit testimonia, priu[er]quam ipse de si magni
aliquid predicaret, quo bonis fides fieri & aduersariis ora
obtutari possent. Quis vero non confiteatur hoc incredi-
bili cōfilio institutum esse! Secundū hoc igitur exemplum
nobis ordinatisimè proponit Ecclesia, quæcunq[ue] de Chri-
sto scire nostra refert. Istud ipsum non potest non astruere,
qui antea, quæ ab Aduentu hactenus in Ecclesia lecta
sunt euangelio memoria secum repetit, siquidem inueniet
suo quocq[ue] loco positum esse. Etenim primo veterum Pro-
phetarum oracula nobis proposita sunt, quæ de Christo se-
culis aliquor ante ipsius incarnationem prodiderunt. Se-
cundo, verba quæ primo angelus ad Mariam & Iosephum
deinde Zacharias & Elizabeth de Christo locuti sunt, pri-
us etiam quām in haec lucem veniser. Terrio, quæ in nati-
uitate ipsius & post de illo dicta fuere. Quarto quomodo
ad ephebiā iam accedens visus & auditus in publico est.
Postremò in Octaua Epiphaniae terna illa testimonia, Iōā-
nis, patris coelestis & sancti spiritus pariter nobis proposi-
ta sunt. Nunc vero hodierna Dominica prius, quām ad ver-
ba & doctrinam Christi venfatur, diuina illius miracula
nobis spectanda dantur. Et quorsum hæc omnia? ut postea
vbi verba Christi audierimus, illis fidem habere non dubi-
temus nihilq[ue] moueamur Iudeorum, Gentilium, hæretico-
rum aliorumq[ue] Christi aduersariorum omnium impiis co-
nati bus blasphemis. Totum ad fidei nostræ confirmatio-
nem facit, quicquid testimoniorum hactenus nobis prope-
stum fuit. Et usq[ue] rei exemplum ex hodierno euangelio de-
promemus.

Enimvero vnde certius Christi diuinitatis argumētum
petere possumus, q[uod] ex eo, quod in hodierno euangelio vni-
co verbo, imo sola sua voluntate ac propria virtute aquam

POSTILLA F. IOAN. FERI

in vinum vertit Nemo utiq; creaturarum substantiam mutare potest, nisi solus is a quo condita sunt. Tu es Deus qui facis mirabilia, inquit David. Item: Deus Israel, qui facit miracula solus, &c. Secundo, vnde certius cognoscere quae-
Psal. 76. mus Christi verum esse seruatorē, q; ex eo quod omnia sua miracula nō ad suam laudem, neq; ad ostentationē, sed ad consolationem & subleuādām hominū necessitatem desin-
Psal. 71. nauit: id quod in hodierno euangelio liquidō apparet, si quidem sponsi inopiae hoc miraculo subuentum est, quod tamen nō illum tantummodo, verum etiam nos omnes so-
latur, qui aduersi aliquid patimur.

Primo nanque, quod C H R I S T V S in hoc euangelio & miraculo tam benigniter ac humaniter paupertum necessi-
tati opitulatur & defectum sarcit, eaq; dat quæ ab ipso nul-
lus eorum petere ausus fuisset, ad cōfolationem id factum
& scriptum est omnium eorum, qui egestate premuntur, ne dubitent, quin Christus & possit & velit etiam nunc opem

Esa. 59.

ferre ac defectui succurrere, si imploretur. Non enim abbre-
uiaria est manus Domini ut saluare nequeat, neque aggra-
uata est auris eius ut nō exaudiat. Quod fuit, id est adhuc,

Mala. 3.

quod semel potuit, potest etiamnum. Ego dominus & non in-
mutor, inquit Deus. Sic Paulus de Christo quoque: Celum

Heb. 1.

& terra transibunt, tu autem permanebis. Omnes ut vesti-
mentum veterascent, tu autem idem ipse es & anni tui non

deficient.

Secundo, quod Christus non designatur ipse adire nup-
tias atque ibidem primum ædere miraculum ad consola-
tionem id factum & scriptum est eorum omnium qui multipli-
cipes molestias in contumio & inquietudinem, q; hunc
statum comicari solet, expeririuntur. Nam hic vident, quod
Christus libenter quoque ipsis adesse velit, si illum inuitet
ac inuocent. Tertio, quod Christo ex aqua vinum facere
ita in proclivi fuit, ea res omnes cōsolari debet, qui in mun-
do variam hominum infidelitatem, probra damna persecu-
tiones, &c. sustinere coguntur. Si quidem Christus istiusmo-
di eorum aquam in vinum & tristitiam in perennem laeti-
tiam vertere potest.

Quarto quod C H R I S T V S ne pauperum quidem con-
suetudinem fastidit: solatio nobis esse potest quando con-
scientia nos discruciat & suggestit nobis Deum minimè
nos in gratiam suam recepturum. Etenim hic cernimus, q;
C H R I S T V S neminem auersatur, qui modò ipsius deli-

derat

Ioan. 16

derio tenetur. Non est apud ipsum personarum discriberet. *Act. 10.*
quicunque ad illum venit, hunc non eiicit foras. Qui igitur

Ioh. 6.

timet Deum, hic illi acceptus est. Quinto quod Christus generosum suum vinum distulit in extremum tonus
uij, omnibus bonis Christianis id solatio esse potest, exinde
de nanque spei concipere possunt optimam, eum cum ipsi-

Luc. 12.

sis pari modo facturum, post crucem & passionem huius
ævi infusum ipsi præstantissimum vinum æternæ sue

gloriarum, quemadmodum ipse recipit. Nolite timere pu-

Luc. 12.

llus grecus, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.

Item: Vos estis qui mecum permanesistis in tentationibus
meis. Et ego dispono vobis sicut dispositus mihi pater me-

us regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in res

gno meo. Rursus: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis &c.

Luc. 6.

Vide, haec duo, quæ ut maxima, ita etiam valde eximia
sunt consequitur ex isto euangelio, nimis fidei nostræ
confirmationem ac multiplicem in rebus tristibus consola-
tionem. Quinimò si diligenter indagaremus, insuper ter-
tium in hoc euangelio inuenturi essemus, doctrinam vis-
delicet & formam recte pieq; instituendi vitam. Nam præ-
terquam quod ad confirmationem nostra fidei & consola-
tionem pusillanimitatis nostra seruit, duo quoque charita-
tis insignia exempla nobis ostensa sunt in hoc euangelio.

C H R I S T U S pauperibus subueniebat, & quidem poterat.
Maria veneranda mater cum opitulari non posset, tamen

pia quadam solitudine procurabat, ut pauperum incom-
modo subueniretur per Christum. Ista duo exempla ani-
mis nostris insigere debemus. Si in manu tua es, ut possis

prodeesse proximo tuo, imitare exemplum Christi, tuam il-
li opem præsta. Si minus, Marie exemplum imitare, alios

compella, in quorum facultate est, ut auxiliari possint, pau-
perum illis necessitatem detegere. Dic, Vicinus hic noster, cō-
cūs, conchristianus & cetera eget pane, eget vestibus, eget

hospitio, opus habet subsidio & administratio & cetera. O fe-
licem orbem Christianum, si ita affecti omnes essemus!

Quām bene tum pauperum inopiq; & nuditati prospectum
eset! Quām ingētem nobis repositori essemus thesaurum
in colis! Atqui profectō tenemur & obstricti sumus istius-

modi charitatem erga proximum nostrum declarare. Nec
excusari poterit, quisquis hoc officiū neglexerit. Etenim si

Christi factum imitari non licet, potes saltem facere quod
Maria fecit. Imò nemo mortalium est, qui non aliquid ha-

POSTILLA F. IOAN. FERI

beat, in quo proximo suo commodare & charitatis officium exhibere poscit.

Rom. 12. Quam etiam ob rem Paulus in hodierna epistola dicit: Habentes donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes. Hoc vincit laborat, ut eiusmodi dona in verum vnum collocemus, plurima congerens exempla de his, qui peculiares in ecclesiæ functiones gerunt. Docet quæquisque ratione suo vii debeat ad aliorum utilitatem. Generales deinde subiungit regulas, ad quas veluti ad normas omnes Christiani attemperare fese debent. Tot præcepta hodierna epistola, quot verba habet. Atque ita clara & di lucide omnia sunt posita, ut nemo sit qui non intelligere queat. Tandem omnium scopus hic est, ut talis quisque in proximum sit, quales se C H R I S T V S & mater illius praebuerunt in hoc euangelio erga sponsum. Quod ubi fieret, nusquam penitus aliqua futura esset, C H R I S T V S nusquam defuturus, omnem defectum suppleturus, omnium rerum copiam subministraturus, omnemque nostrâ aquam, imò verò tristitiam omnem nostram in gaudium versurus esset. Deus optimus maximus faxit, ut id animo resoluimus & factis demonstremus, Amen.

SECUNDVS SERMO

Agit de ecclesiæ ordinatione.

x. Tim. 1. D Ierum Christi nativitate facrorum magnam iam partem transfigimus. Ideoq; satis, ni fallor, intelle: ximus, quibus rebus homo Christianus inniti & fidere possit. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, q; C H R I S T V S Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, inquit Paulus. Atq; huius rei superioribus diebus festis varia accepimus testimonia ab angelis & hominibus, à veteribus & recentioribus Prophetis. Verum enim uero nō idcirco cōuenit, ut otiosi colamus tanquā acta transacta sint omnia, nec amplius quicquā sit, quod vel cogitemus, vel agamus. Nam diuus Paulus eametsi erat ele: & Iesu Apostolus nec gratia Christi sibi soli usurpabat, sed ea quoq; aliis hominibus Iudeis & Gētibus in omnibus ter: ris per multos annos ab Hierosolyma Illyricū usq; prædi: cando annuntiandoq; cōmunicauerat, audacter tamen & li: berè dicit: Fratres ego me nō arbitror cōprehendisse aut iā perfectum esse, sequor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Ideoq; qua: retro sunt obliuiscens, ad eā verò quæ priora sunt me ex: tendens,

Rom. 15.

Phil. 3.

tendens, meipsum ad destinatum persequor, ad brantium,
superne vocationis Dei in Christo Iesu. Quod si igitur
Paulus nondum se omnia asecutum esse quam diu in hac
vita ageret assuerare ausus fuit, imò ingenuè fassus est, se
non ad plenum omnia, sed aliqua modo ex parte cognos-
cere, atq; ea de causa ad inatoria semper & perfectiora eum
eniti oportebat, certum est nec nos adhuc perfectionis grā-
dum adeptos esse, quanvis videamur nobis diligenter ob-
seruasse, quæ in præteritis Christi natalibus proposita no-
bis fuisse. Minimè sancti. Iis enim fundamentum tantum
modo iactum est, sed firmum & solidum fundamentum
qui tuto fidere possumus.

Fundamentum hoc est IESVS CHRISTVS pretiosus
& probatus lapis, quem Deus ipse posuit in fundamentis
spiritualis Sion. Restat nunc, ut nos superstruere incipia-
mus, propterea enim fundamētum iactum est, Alioqui tam
insipienter factum est, si quis magnis cum laboribus & im-
pendit iaciat fundamētum ac postea deserat, quam pruden-
ter factum est ab eo, qui ædificaturus primō firmum facit
fundamentum. Fundamentum nostrum ac basis est fides in
Christum, qui propterea fundamenti loco ponitur & pri-
mū omnīs prædicatur, ut nos superstruamus non lignā,
scenū aut stipulā, hoc est, aut nuda verba & inania, ut
pseudochristiani solent, aut simulatā sanctimoniā, ut hypo-
critæ cōsueverunt, sed aurum, argentū & lapides pretiosos,
hęc vera & germana pietas est, vt docet Petrus. Postq; nobis
per cognitionē eius qui nos vocauit omnia diuinæ virtu-
tis sive quæ ad vitam & pietatem, donata sunt, imò etiam
maxima & pretiosa promissa, vt efficiamur diuinæ confor-
tes naturæ omnem curam subinferre, ministrare in fide ve-
stra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem
abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia
autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in
amore autē fraternitatis charitatem. Hęc enim si vobis cum
ascire & supererit, nō vacuos, nec sine fructu vos cōstituent
in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non
presto sunt hęc, excus est, & manu tentas, obliuionem acci-
piens purgationis veterum suorum delictorū. Quapropter
fratres magis satagite, vt per bona opera certā vestrā voca-
tionem & electionē faciatis, hęc enim facientes, nō peccabi-
tis aliquādo. Sic enim abundāter ministrabis vobis introi-
tus in eternū regnum dñi nostri & saluatoris Iesu Christi.

1. Cor. 3.

Esa. 2. 8.

2. Pet. 1.

Hęc

POSTILLA F. IOAN. FERI

Hæc sunt verba diui Petri, quæ ad longum eam maximè ob reū non piguit referre, quod animaduerram non esse causam aliam maiorem neglectæ prohibatis, quām quod quidam nostri æui homines in omnibus suis concionibus & scriptis nihil aliud agunt, quām ut fundamenta iacent, nec tamen quicquam superstruant, hoc est, satis quidem di lucide & pro dignitate docent, quid in Christo & à Christo habere queamus, sed interim non docent, quomodo iis rebus, prout decebat, vti, debeamus, & quid C H R I S T V S vicissim requirat à nobis. Hinc sit, ut quantumlibet eriam struimus prædicando & scribendo, structura tamen nostra non exurgat, & in altum vehatur, quinimo indies magis ac magis deprivatur. Nemo melior, sed propemodum omnes deteriores & ad pietatem frigidiores sunt. Ultra nudam fidem nemo est qui animi cogitata extēdat. Verum ut fundamentum iacere hoc dici posse concesserim ita ædificare nullo modo. Nostri apostoli longè secus fecere. Fundamentum quidem fieri primò, ut par fuit, omni cum diligentia posuere, sed non minori studio postea superstruxerunt, ut modo ex diuino Petro auditum est.

Ita & ecclesia nunc facit. In superioribus nefatis diebus fundumentum tecit. Etenim tum nobis nihil proponebat aliud, quām Christum & gratiam ipsius, docebat nos, quid credere & quām spem de illo concipere debemus. Nunc vero fundamento fidei & cognitionis Christi satis valido iactu incipit superstruere. Primum autem omnium illi imponit charitatem, quemadmodum revera nihil iussiu pulchritusve super fundamento fidei ædificari potest, quām vera Christiana charitas. Ut enim fides in Christum, verum & unicum fundamentum est salutis nostræ, ita charitas erga Deum & proximum verum & unicum ædificium est quod superstruere debet. Itaque unicum hoc erat, quod in vī tima cena sua C H R I S T V S discipulis suis veluti monum entum reliquit. Mandatum, inquit, nouum do vobis, ut diligatis inuidem: sicut dilexi vos, in hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuidem. Item: Hoc est præceptum meum ut diligatis inuidem, sicut dilexi vos. Et tertio. Hęc mando vobis ut diligatis inuidem. In eandem quoque concludit sententiam Ioannes. Charissimi, si deus dilexit nos, ita ut miserit filium suum propitiationem pro peccatis nostris, & nos debemus alterutrum diligere. Et infra: Diligamus Deum, quoniam Deus prior

Ioan. 13.

Ioan. 15.

Ibidem.

z. Ioan. 4.

DO. II. POST EPIPH. SER. II. 223

prior dilexit nos. Si quis dixerit. Quoniam diligo Deum „
& fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit „
fratrem suum quem videt: Deum quem non videt, quomo „
do potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, vt „
qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.

Vide, hoc etiam pacto Ioannes ante omnia dilectionem
Dei & proximi, fundamento fidei superstruit. Huc quoq;
spectat hodierna dominica cum epistola simul & euange-
lio, horum vtruncq; dilectionem proximi nobis commen-
dat. Nulla alia de causa C H R I S T V S hisce nuptiis inter-
fuit, quam vt amorem suum & beneficentiam erga paupe-
res nuptiales declararet. Nihil aliud optimam matrem tam
reddidit sollicitam, quam amor & pius quidam affectus in
egenos. Nihil Christum aliud mouit, vt aquam in vinum
transmutaret, quam incredibilis bonitas & amor, quo no
tantum nuptialium inopiz succurrere, verum etiam san-
ctis apostolis & fidelibus omnibus suam gloriam ac virtu-
tem ostendere & manifestare volebat, idq; ad commodum
illorum & salutem æternam. Verum iam commemorata
exempla Christi quid aliud sunt, quam perspicua doctri-
na, qua admonemur, quid fundamento fidei superstruere
nos oporteat?

Huc quadrat hodierna epistola, in qua Paulus de variis
dotibus loquitur, quas nobis largitus est Deus, docetq;
quomodo iis vti debeamus, vt ne in priuatum eas commo-
dum sed in publicam conferamus vtilitatem omnium fide-
lium. Atq; haec admonitio Pauli in hodierna epistola non
solummodo aperte indicat charitatem super fundamento
fidei collocandam esse, verum etiam cum hodierno euāge-
lio pulchre concinit, in quo legimus Christum ministris
duo mandare, primo vt hydrias aqua implerent, deinde vt
ex iisdem haurirent. Haec duo mandata ad nos quoq; perti-
nent, atq; iis parere nos oportet, si modò Christianum no-
men in nobis non omnino vanum esse volumus.

Primo diligenter haurire debemus de fontibus salua-
tis, vt ait Elias, & irrigare pectora nostra vberrimè, id
quod fit per fidem. Postea autem quicquid gratiæ ac do-
norum consecuti sumus per fidem, id rursus effundere nos
oportet & conferre in vtilitatem proximi nostri per dilec-
tionem. Ex Christo, qui plenus & gratiæ & veritatis, hau-
timus non solum gratiam, qua propriam nostram salutem
nobis parimus, sed etiā gratiam, qua proximum nostrum

Rom. 12.

Esa. 12.

Ioan. L.

ad

POSTILLA F. IOAN. FERI

ad ipsius salutem promouere possumus. Hoc probaturus
Paulus enumerat in hodierna epistola varia munera, ita ut
huic prophetiæ dos obtigerit, alteri forrè munus aliquod
in Christiana repub. sit obeundum. Hic docendi gratia va:
let, altius in exhortando & in pellendo plurimum potest.
Ille administrat rempub. alteri distribuendi prouincia de:
legata est, ut quem Deus bonis ac facultatibus auxit, ut in
alios liberalis esse possit, aut alioqui illi talem animū in-
dedit, ut misericordiae affectu erga tenues tangatur, & illo:
rum fortuna cōdolere norit. Quæ dona omnia unde pro:
ficiuntur, nisi à Christo, de cuius plenitudine omnes ac:
cepimus, & quem Deus ira vnxit oleo lātitat, ut vnguen:
tum illud ex ipso tanquam ex capite summi nostri sacerdo:
tis proficiat in omnia mēbra, hoc est, in omnes fideles, ad
minimum usque. Quam verò ob causam aliam nos Deus
istiusmodi gratia & donis ornat, nisi ut ex nobis tanquam
ex fluento ad proximum etiam dimanent? C H R I S T U S
est, qui tales dothes nobis largitur & procurat, ut per nos
ad alios quoque deriuentur in spiritualem adserant fru:
ctum. Hac ratione Ihsa epistola cù hodierno euāgelio com:
plicavit. Quod C H R I S T U S ministris precipiebat, idem no:
bis mandat Paulus, nimis ut per fidem in Christum ex:
latice diuina gratia hauriamus. Per charitatem autem tur:
sus effundamus & nostro proximo comunicemus.

Obseruatu dignum est hoc loco varias aquæ mutationes
diuina virtute factas in sacra pagina inueniri, utpote pri:
Exod. 15. mò cùm Israēlitæ per solitudinē iter facerent, amara aqua
illis in dulcem vertebar, idq; siebat sub Mose. Sub Heliz:
Ioan. 2. zeo de gener & sterilis aqua in limpidam & fertile aquam
mutabatur. In euāgeliō iam dicto C H R I S T U S ex aqua
Exod. 7. facit vinum. In Ægypto olim omnis aqua in sanguinem
vertebar. Ista omnia in hodiernum usq; diem Christus
nobiscum facit. Primò dat nobis dulcem aqua suæ gratia,
Ioan. 7. de qua dicit. Si quis sit, veniat ad me & bibat. Item, qui
venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in
eternum. Deinde quoq; nobis præbet C H R I S T U S fer:
Ioan. 4. tilem aquam, de qua ad Samaritanam mulierem loquitur.
Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in eternum,
sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ sa:
lientis in vitam eternam. Quod si hac duplice aqua recte
vsi fuerimus, C H R I S T U S ad extrellum omnem aquam
tentationum & afflictionum vertet nobis in optimam
vinum

DO. II. POST EPIPH. SER. III. 224

Vinum æternæ felicitatis , sicuti Paulus dicit, sic inquietus:
Id quod in presenti est momentaneum & leue tribulatio-
nis nostræ : supra modum in sublimitate æterni gloriae
pondus operatur in nobis, ita ut non sint dignæ passio-
nes huius temporis, ad futuram gloriam que reuelabitur
in nobis. Scimus enim, inquit alio in loco, quod cum Christus
vita nostra rursus apparuerit , & nos apparebimus in
gloria, aut ut Iohannes ait, similes ei erimus, quoniam vide-
bimus eum sicuti est, atque istud erit praesans illud vi-
num, in quod omnium fidelium aqua, hoc est, omnis tribu-
latio mutabitur. Verum si secus quam oportet, hac dulci &
scaturiente aqua vici fuerimus, tota nobis in sanguinem &
æternum supplicium vertetur. Hoc iraque hodie animo no-
biscum reputemus omnemq; deum operam, ut acceptam
gratiam rursus effundamus, & ante omnia, imo etiam syn-
cerissimo studio super fundamento nostræ fidei veram &
germanam charitatem edificemus ponamusq;. Etenim hec
est, per quam fidem operari oportet, si eo modo grata Deo
esse debeat, imo sine qua fides nihil est, etiam si tanta sit, ut
alius virtute montes transferantur. Deus benignissimus
fuit, ut haec omnia pio studio meditemur atque ad opus
referamus, Amen.

x. Cor. 4

Rom. 8.

Col. 3.

1. Ioan. 3.

Gal. 9.

x. Cor. 13.

TERTIVS SERMO

*Docet cur Deus iam inde ab initio miracu-
la fecerit.*

MEmorabile in hodierno euangelio Iohannes de-
scribit miracula, & hoc ipsum adeo, à quo Christus gloriam suam ac diuinam virtutem primo
declarare voluit. Historia per se imprimis elegans
est & iucunda , sed interius ac propius eam contemplanti
longè admirabilior fit, quam prima, quod aiunt, fronde pre-
se ferat, sicuti omnia alia opera Christi simplices homines
extime in admirationem sui rapiunt, intimè vero adferunt
deuotionem, solatium, doctrinam & robur iis hominibus,
qui in rebus spiritualibus probè exercitati carumq; experti
sunt. Et quomodo opera ab auctore suo differre possent?
C H R I S T U S, inquam, extrinsecus speciosus, amabilis &
comis apparebat in sermone, operibus, & conuersatione, *Psal. 44*
ut oculi & aures eorum , qui ipsum viderunt audieruntq;
non immerito beatæ dicantur. Multò tamen interior
species splendidior & admirabilior in illo fuit secundum
Luc. 10.
diuis:

POSTILLA F. IOAN. FERI.

Mat. 17. diuinitatem, id quod Petrus vna cum aliis duobus disti-
pulis potissimum experti sunt in transfiguratione Christi, quum p̄rē nimia admiratione & spirituali voluptate

Luc. 5. diceret. Domine boni est nos hic esse. Eadem miraculorum

Mar. 2. Christi ratio est, forinsecus quidē pulchra & amōna sunt,

vt quicunque ea videt, dicere cogatur. Vidimus hodie mi-
rabilia. Item: Bene omnia fecit. Verū si hanc nūcem ape-
rias putamine fracto, tum demum nucleus appetet, qui nō
modò aspectu amōnus est, verum etiam dulcis gustatu &
vī quadam confortandi singulare præditus.

Quapropter, vt Christū in summo pretio habemus, ita
ipsius quoque verba & opera omnia maximi à nobis fieri
debet, & quām futuri essemus audiī videndi personam
Christi, si fieri queat, tam esse audiī debemus, videndi, au-
diendiq; ea, quæ locutus est & fecit, quandoquidem quam-
diu in terris verfamus & viuimus, non aliter eum videre
possumus, quām in ipsius verbo & miraculo. Nec vlla eum
manus magis graphicè depingere aut deliniare, non vlla
lingua viuidius exprimere potest, quām ipse fese delinia-
uit & expresit in verbis & operibus suis. Qua de re pluris
mi ubique ipsius verba & opera estimare debemus. Idq;
eo dico, quōd & hodiernū miraculū tanto attentior ani-
mo à nobis accipiatut. Multa nanc; in eo homini pio con-
syderanda proponuntur, ex quibus non solum utilitatem
ingenteem, verum etiā consolationem incredibilem capere
potest. Verum hac vice non proponemus nobis nisi simpli-
cē miraculi historiam, sed hic prius in genere dicā de mi-
raculis, quæ Deus iam inde ab initio in terris gessit cum in
veteri tum in novo testamento, id enim non parū profue-
rit nobis ad hodiernū miraculum rectius intelligendum
vsurpandumq;

Et primò si omnia Dei opera, quæ non solum in prima
mundi creatione, sed etiam in quotidiana creaturā con-
seruatione fecit, facitq; etiamnū si examissim excutias, mei-

Psal. 50. ra miracula sunt, iuxta illud Davidis. Tu es Deus, qui fa-
Psal. 138. cis mirabilia. Item, mirabilia opera tua. Attamen pro more

Exod. 14. habemus, vt ea tantum pro miraculis ducamus, quæ non
Ioan. 20. iuxta vulgarem naturæ cursum sunt, sed omnium crea-
turarum facultatem superant, vt cum mare diuideretur, ac ve-
luti in duos muros hinc arcq; hinc exureret transitum Is-
raëlitis Ægyptum relinquentibus aperiens: & cum sol cura-
sum suum sisteret tēpore Iosue. Istiusmodi miracula multa

& sape

¶ sēpē exhibuit Deus in veteri & nouo testamēto, primō
prop̄terea vt mortales qui vulgābus istis Dei operibus
assueti sunt, & idcirco ea non admodum curant, per insi-
lita signa in admirationē simul & cognitionē necnon
laudem dei raperentur excitarenturq;. Equā quidem esset,
nos omnibus Dei operibus, qua in nobis facit quotidie,
ad laudem Dei permoueri, iuxta exemplum Davidis, quo
niam verō id non sit, prodigiosis interdūm nos operibus
expergetur, vt illius memores simus. Sic mirabile quoq;
Dei opus est, imbre temporis & solis temperamento in
vitibus mutari in vinum, ceterum quia id nemini miracul-
um esse videtur, semel C H R I S T U S v i s v i s i b i l i t e r ex aqua vi-
num fecit, volens nos excitare, vt etiam annum vini prō-
uentum Dei esse opus agnosceremus. Eodem modo quo-
hiam mundus nihil miraculi subesse putat, quod benignissi-
mus Deus nos omnes p̄misit & alit, semel C H R I S T U S
quinq; pānibus quinques mille homines refecit, quo ostendet
quotidianum istum victum & sustentationem non
nisi ex Dei beneficentia singulari & opere admirabili no-
bis contingere: Ita etiam nonnunquam mortuis vitam,
& grotis sanitatem, cæcis visum, &c. restituit mirabiliter, vt
omnes ex eo intelligent, nos sanitatem, vitam omnēm q;
felicitatem non nisi à Deo habere.

Secundō quoque Deus tam multa mirabilia opera desig-
gnauit iam inde ab initio prop̄terea, vt palam fieret omni-
bus, potentiam illius non esse astrictam communib; na-
ture, legibus, neve homo de ipsius potentia dubitaret, etiā
omnia nature media fallant. Qua de causa Deus suam po-
tentiam in his fera rebus omnibus declarauit, quibus cum
homine minime cōuenit. Sic quosdā in atra fame. 3. Reg. 7.
quosdā in vndis Exod. 14. quosdā in flamma Dan. 3. quosdā
inter feras Danie. 6. quosdā in medio hostium 4. Reg. 6.
stupendo modo seruavit, ne de ipsius virtute ac potentia
hæsimus quicquam, vbi naturæ nos præsidium deficit.
Præcipū autem istiusmodi signa Deus patrate solet pro-
p̄terea, vt argumenta sint infallibilia, quibus verbum Dei
ab hominum verbis & diaboli doctrina dignosci possit.
Idcirco etiam potissimū hoc hominibus indulxit, vt & ipsi
miracula æderent, per quos orbi terrarum verbum suum
annuntiavit, quales fuerunt Moses & prophetæ, Christus
& apostoli. Huc pertinet, quod C H R I S T U S dicit: Si mihi
non vultis credere, operibus credite. Sic Nicodemus Chri-
FF 81

POSTILLA F. IOAN. FERI

Ioan. 3. si doctrinam agnoscet pro Dei verbo ex diuinis ipsis operibus, quae faciebat. Scimus, inquit, quia à Deo venisti

" magister, ne mo enim potest hac signa facere quae tu facis
" nisi fuerit Deus cum eo. Similem in modum atque qui à na-

Ioan. 9. titurate oculus captus erat. Nisi esset hic à Deo, non poterat

facere quicquam. Item, In hoc mirabile est, quia vos nefici-
tis vnde sit, & aperuit meos oculos. Atque eo potissimum

Gen. 19. consilio C h r i s t y s sua miracula fecit, ut ex iis sua do-
ctrina pro verbo Dei agnoscetur. Idcirco etiam hoc loco

Exo. 14. Ioannes dicit Christum hoc miraculo manifestasse suam
gloriam, hoc est, diuinam virtutem, quod citius discipuli

eius crederent, doctrinam illius à verbo Dei in nullo di-

uersam esse.

Cæterum unum adhuc memineris, nimirum, quod mi-
racula qua Deus in veteri testamento mundo proferebat

Exo. 14. pleruntq; nihil aliud quam iram significabant, ut cum igni
cœlitus delapsio quoque vibes ablumerentur, mare Ägy-
ptios deleret, terrę hiatus Dathan & Abirō absorberet, &c.

Num. 16. Tum vero Deus propterea tam terribilia signa exhibebat,
quod ira ipsius nondum erga genus humanum erat pla-
ta. At nuue in novo testamento omnia Christi miracula

méra sunt indicia diuinī erga nos amoris & misericordiae,
easq; omnia cesserunt in utilitatem hominis, ita ut etia suos

discipulos increparet, cum peterent ut descéderet ignis de
celo, & consumeret illos, qui incenibus ipsos exclusissent.

Luc. 9. Nec quis, inquit, cuius spiritus es? Filius hominis non ve-
nit animas perdere, sed salvare. Hoc nomine Deo maximas

debemus gratias, qui nobis hoc tempore suam potentiam
non vindicta & poena, sed amore ac beneficentia decla-
ruit per Christum, & quotidie adhuc declarat. Hoc inge-
nere de miraculis dicitum sit.

Nunc speciatim quoque hodiernum miraculum contem-
plabimur, quod per se non modo magnum & præclarum

est, sed etiam modis omnibus certum & irrefutabile. Et ita
res omnino poscit. Quorsum alioquin attinet, rem aliquā

Exod. 7. forinsecus nitidam esse & magni aliquid præ se ferre, si in-
itus dolus & fraus lateat? Qualia erant miracula præfigi-
torum in Ägypto, & qualibus oculos hominum fascina-
bunt pseudoprophetæ sub finem mundi. Nobis Christus

Mat. 24. nō magna, sed evidenter signa querenda sunt. At vide
nunc, quād sit hodiernum miraculum fide dignissimum,

& omni vanitatis ac fraudis suspicione careat. Primo enim

Christus

Christus hoc miraculum non gerit clam coram discipulis suis, sed palam coram ministris. Secundò, non facit hoc miraculum in vasis, quæ ad vsum vini spectabat, sed in hydriis quæ soli aquæ destinatae erant. Tertiò non parum, sed multum aqua verterebat in vinum, ne quis suspicaretur subesse fallaciā. Quartò non discipuli implent hydrias, sed hoc negorū dat ministris. Quintò negat ipse negat discipuli eius hydrias attingunt. Postremo nō ipse asseuerabat esse vinū, sed testimonio Architrichini ad ceteros hoc permanere voluit. Nemo dixerit huic rei aliquid inesse fraudis, nemo hoc factum vel in minimo reprehendere aut suspectum facere poterit. Et sic fieri necesse erat. Nam nostra fides stabili & firmo fundamēto nititur. Nec Christianorum est optari, sed scire. Certos de nostris rebus nos esse oportet, & non tanquam in biuio hærere.

Rogas quid Christus hoc miraculo sibi voluerit? Closiam suam per hoc manifestare volebat. Sed quæ est illius gloria? Primum potentia eius, quæ tanta est, ut omnia possit. Deinde bonitas ipsius, quæ tam immensa est, ut semper paratus sit homini opitulari. Hæc est illius gloria. Quare autem hoc manifestare illi libuit? Ut in eū crederemus. Hic est extremus scopus & consilium omnium, quæ Christus vel dixit vel fecit. Et nisi eum scopum attigerimus, nihil nobis Christi dicta facit proderunt.

Age inquis quæ causa igitur est, quod Christus ab hoc adeo miraculo auspicatus est virtutis suæ & glorie prolaturus argumenta? Responsio: Inseruiebat hoc miraculum ad id, quod facere illi certum erat. Mutationem in terris instituere decreuerat sed latam. Ecce (inquit in Apo: calypsi Ioannis) noua facio omnia. Quod ostensurus, primum ex aqua vinum facit, quasi dicat: Animum aduertere Adami progenies, hactenus magna apud vos fuit aquæ copia, sed parum vel nihil vini. Nam lex vestra nihil fuit aliud quam aqua insipida, iam vero mutabitur in dulce & generosum vinum euangelice doctrinæ. Conscientia vestra hucusque nihil experita est, & sensit aliud, quam peccatum & iram dei, quæ est amarissima aqua, nunc autem per me illa quoque in vinum vertetur. Per me enim inuenitis requiem animabus vestris, in me habebitis pacem. Ego Mat. 12 confortabor & reficiam omnes qui onerati sunt peccatis & laborant. Ad hæc varias tribulationum vndas experi etis, ut sape cum Davide in hæc verba erumpere coacti sitis,

FF 2 Saluos

Apoc. 23

Ioan. 18

Mat. 12

POSTILLA F. IOAN. FERI

Psal. 68 Saluos nos fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam nostram. Nunc verò per me etiā extera vestra tristitia vertietur in gaudiū perenne. Imò id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis vestre: supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur. Vide tā multa & magna Christus hoc primo miraculo nobis sponspondit, nec tantum sponspondit, verum etiam præsttit, id quod dudum experti sumus & experimur indies adhuc. Etenim loco inancens legis, lætum euangelium consecuti sumus. Conscientia nostra anxietas quotidie magis ac magis (si modò ipsi volumus) per gratiam sacratissimum sacramentorum mitigatur, subleuateturq;. Ad hæc sepenus mero pius homo deprehendit, q; Deus suis fidelibus mirabiliter mœstia cum gaudio commutet, ita ut tam subita mutatio præter omnē illorum expectationē accidat. Et postrem certi sumus, q; omnes ærumne & misericordia huius temporis nobis in æternum gaudiū & felicitatem vertentur, vt Paulus inquit: Expectamus saluatorē Dominum nostrum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostre, configuratum corpori claritatis suæ.

Phil. 3, Hæc omnia quod ad ipsum miraculum attinet, confundenda nobis sunt, Et qui ea diligenter animo secum repudauerit, non poterit sibi temperare quin canat hodie cum Ecclesia: Omnis terra adoret te Deus & psallat tibi. Item, Venite & audite, & narrabo quanta Deus fecit animæ meæ. Atque hoc pacto hodiernum istud euangelium viriliter & nō sine ingenti fructu audiuissemus & tuissemus meditati. Deus det nobis suam gratiam, Amen.

QVARTVS SERMO

Docet quomodo Christus & mater eius in nuptiis se gesserint.

Psal. 63. In hodierno euangeliō Christus primum diuinam suam virtutem exerit, eam palam declarat ingenti miraculo, siquidem per id demonstrat se verum & unicum seruatorem & Messiam, Deum & hominem esse, pariterq; confirmat quicquid angeli simul & homines in natiuitate ipsius, & post de ipso dixerant, ita ut Ecclesia nō immerito hodie ad illum clamet, Omnis terra adoret te deus, horteturq; filios suos, vt psalmum dicant nomini eius, & opera illius meditentur, que nonnunquam terribilia erant super filios hominum, ceterum nunc auditu iucundissima sunt

sunt. Venite (canit ecclesia) & audite, & narrabo, quanta
Deus fecit animæ meæ.

Verum non absque causa nobis sic acclamatur hodie. Sed
dula Dei enim operum meditatio mirificam adserit utilita-
tem. Etenim primum per hoc confirmamur in fide, Ideo nāq;
in hodierno euangelio de sanctis Apostolis dicitur, quod
eorum fides de Iesu per hoc miraculum confirmata est. Se-
cundò quoque per diuinorum operum contemplationem
in spem erigimur, ut nihil ambigamus, qui consecuturi
à Deo simus, quicquid nobis vitile, necessarium & salutare
est. Quia de causa etiā ecclesia hodie confidenter in sua ora-
tione dicit. Omnipotens sempiterne Deus, qui cœlestia si-
mul & terrestria moderaris, supplicationes populi tui cle-
menter exaudi, & pacem tuam in nostris concede temporis-
ibus. &c. Hoc, inquam, modò Dei operum diligens medi-
tatio spem nobis facit impetrandi ab eo, quiequid neces-
itas nostra videbitur postulare. Ad hęc porrò docēt nos ista
miracula verū amorem & affectum erga proximum. Quo-
niam verò illorum miraculorum vñ etiam hodie nobis
propositum est, tantò major cura & diligentia adhibenda
est, ut fructum inde aliquę percipiamus. Quapropter post
quā in alio sermone audiūmus, quomodo miraculi istius
superficies aspicienda sit, inquirendæ nunc eriam sunt &
discutiendæ circūstantiæ, si quid in rem nostram facere
queant.

Et primum non simpliciter narratur quod C H R I S T V S
ex aqua fecit vīnum, sed quo in loco & in cuius id factum
gratiam sit, nimirū in Cana oppido Galilææ, & in nuptiis,
hoc est, apud tenuis fortunæ homines & coniuges. Quis
verò ignorat, quantum pere paupertas apud culores mundi
contempta faciat? In parem quoq; apud nonnullos hypo-
critas abiit contemptum connubium. Nihilominus tamē
C H R I S T V S primum suum miraculum gesit: nō Hiero-
solymis apud diuites & elatos ciues, sed apud inopes in
Cana, nō apud turgidos & præsumptuosos Phariseos, sed
apud viles cōiuges. Quo quid aliud significat: nobis est,
q; quod David dicit. Tibi domine derelictus est pauper, or-
phano tu eris adiutor. Et, Desiderii pauperum exaudiuit Psal. 9.
Dominus, præparationem cordis eorū audiuuit auris eius. Psal. 17.
Item, Populum tuum humilem saluum facies, & oculos su-
perborum humiliabis. Et illud. Quis sicut Dominus Deus Psal. 112.
noster qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in

FF 3 terræ

POSTILLA F. IOAN. FERI

terra? Hoc, inquam, ostendere Christus voluit per miraculum quod in nuptiis fecit. Vos itaque pauperes gaudente, quod CHRISTVS ad vestri similes diuertit. Gaudete vos coniuges, quod CHRISTVS primo suo miraculo nuptias honestavit & in coniugium gratiam id fecit. Per hoc enim haud dubie opeum & auxilium suum vobis promisit, quatenus illum inuitaueritis & non excluderitis. Etenim Christus inuitari, rogari, cōpellariq; vult. Et quoque vocatur, ed. venire non designatur etiam ad infinitae cōditionis homines. Nec venit vacua, sed plena manu. Clasmatum ad me, inquit, & ego exaudiem eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Infelices igitur homines sint oportet, qui talen: à Deo vtrō sibi oblatam gratiam nō querunt & acceptant, veluti magna hominum pars facere consuevit, qui ne semel quidem deo cogitant, quomodo matrimonium contrahunt, quan: deo ad eam rem nihil opus habeat. Quare minime mirum est hunc illis statum parū feliciter succedere. Nostra id culpa sit. Nam aut Christum ad nuptias nostras non inuitamus, aut pecunia nostra vita eum expellimus. Summa, in hoc euangelio fundamentum, laudem, confirmationem, demus pecularia sua & certa promissa coniugium habet, quod sa: sic nemo inficiari paret.

Meminisse nos tamen interim oportet, quod Christus pariter & mater ipsius, tamen nuptiis intererant, virginis tamen tamen seruarint usq; illibatam & integrām. Id est vos non temere admoneo. Exoriuntur enim homines nostris temporibus, qui in isto euangelio hoc ratiū considerant, quod CHRISTVS vna cū matre sua & discipulis suis ad nuptias venit, & propter eos solum matrimonium laudibus & præconitis ueehunt, omnibus aliis vitæ statibus, id ante ferunt & ad id vocant & hortātūr omnes. Eduierō autem ecclībarū cū viduarum, tum virginum nihil apud illos laudis habet. Hoc in illis agit & politur, proculdubio malignus spiritus, qui ferre nullo modo potest, vt retro trāmiti insistamus, ingrediamurq; sed semper ad latus nos abducere satagit. Nam quemadmodum olim heretici erant Taciani appellati, qui nuptias ceu spuras damnabāt, & ad ecclesiam suam seu potius conuenticulum non admittentes nisi viduas & virgines, veluti Paulus predixerat vētuos, qui legitimo matrimonio hominibus interdicturi essent, &c. Ita nostra ætate sunt, qui in consortium suum reci-

DO. II. POST EPIPH. SER. IIII. 228

recipiunt, iudic pro Christianis habent, non nisi matrimonio
iunctos. Verum cni muero vtr obiq erratum est. Qui con-
iubium damnat hereticus est & impostor. Qui celi barum
improbat, eiusdem farinæ homo est.

Christus hac in parte veram & certam nobis demonstrauit
uit viam & post hunc Maria, quin etiam diuus Paulus.
Maria virgo fuit & mansit, nec tamē matrimonio vincitor
despectu habuit. Similiter fecit Christus. Paulus quidem
matrimonium mirific commendat & laudat, sed tamen
huic virginitatis dotem longè præfert. Atq; hæc recta via
est, ne horum statuum aliquem per se vituperemus, neque
quisquam sele effera ut vitæ statum sublimiore, aliisve
hominibus meliorem aut sanctiorem se iudicet. Minime.
Non sic fecit Maria, non Christus, non Ioannes & post hos
innumeri alij homines sic fecere, non ideo statim alios præ
se contempserunt, q; his dotibus præcellerent. Circuncisio
nihil est, inquit Paulus, & præputium nihil est, sed obserua-
tio mandatorum dei. Sic huc dicere possum. Non virginitas,
non matrimonium conferte salutem, sed ab utraque parte
aliud quiddam insuper requiritur, nimirum fides, & obser-
vatio mandatorum dei. In vitroque statu tibi parata salus
est, si seruas mandata dei, in vitroque damnari potes si negas
ligas mandata dei. Ad huius rei indicium Christus in eu-
angelio quinque fatuas virginis non agnoscit nec recipit.
Quia de re nemo prepter digniorum statum se altis antepo-
nere debet. Vnusquisque suum donum habet ex deo, alius
quidem sic, alius verò sic, inquit Paulus. Et vt virginitas, ita
& coniugium suum honorem ac laudem habet, quodq; ta-
men in suo loco & pretio.

Hæc omnia consideranda nobis dantur in eo, q; Chris-
tus miraculorum gestione in nuptiis auspicatus est idq;
in gratiam nupcialium. Quod virgo Maria tantopere in
illis nuptiis solicita est, dignum quoque videtur, quod dis-
cutiamus. Duo insignia verba in hisce nuptiis locuta est,
que Ioannes minime silentio præterire, sed ad posteros lis-
teris transmittere voluit. Primum est quod ad Christum
dicebat: Vinum non habent Magnum id primo & memo-
rable fidei exemplum est, q; cum alij hoc illuc cogitationis
bus distraherentur, vnde vinum acquirere possent, ipsa ad
solum Christum configit, minime dubitans, quin etiam
reliqua omnia irrita essent, ipse tamen in medium consu-
lere posset. Attamen mirum non est, quod hoc de Christo

1. Cor. 7.

Ibidem.

Cor. 7.

FF 4 sola

POSTILLA F. IOAN. FERI

sola crediderit sperauerit & ab eo petere fuerit ausa, cum ante illa tempora ex multis argumentis & testimoniis diuinam ipsius virtutem potuerit perspicere. Hinc optimus quisque Christianus discat suum quoque refugium habere ad deum, etiam si omnium creaturarum praesidio defituamur, omnesque mortales animum despondeant, sicuti Iosaphat ait:

a. Par. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Hoc omnes electi vsique fecere. Ita primum Mariæ verbum, exemplum nobis est fidei. Secundo autem & praecipue exemplum est veræ charitatis quod beatæ mater alii omnibus mensæ aſſidentibus sola sollicita erat pro sposo, ne cum pudore vieni inopia laboraret. Etenim genuina charitas non otatur. Vbi cuncti est, non potest non magni aliquid operari, nec ibi esse existimada est, vbi se non aliquo opere profert. Quod vero pia mater non sibi, sed aliorum curam gerit,

v. Cor. 13. rursus magna charitatis indicium est, ut Paulus ait: Charitas non querit quæ sua sunt. Didicerat nimis optima mater aliorum incommodeſ condoleare, & cum ipsa open ferre non posset, illum compellat qui poterat omnia. Quo quid obsecro magis pius fieri posset?

Discant hic primo illi, quibus terrenæ facultates suppetunt, etiam non rogati egenis succurrere Maria exemplo.

Secundo, qui de suo nihil praestare potest, is discat hic cum Maria aliorum implorare auxilium, quo pauperes consolentur.

Tertio, discat hic vnaquaque bona mater familiæ suum coniugem monere eique pauperum necessitatem exponere, nec cesare, donec illis prospectum sit. Talis sollicitudo & commiseratio deo summopere placet & hominem Christianum apprimè decet, quanquam rarius id nobis Christianis in mentem venit, multo minus à nobis fieri deprehenditur, quantumvis Christiano nomine nos venditemus. Noster hic mos est. Omnes que sua sunt querunt, aut, ut Hier-

Philip. 2. remias habet, A minore usque ad maiorem omnes avaritie
Hier. 6. student. Quisque sibi gerit curam, ceterum nemo est cui pauperes cure sint. Impi & deplorati Caini animus omnium nostrum corda occupauit, ut dicamus: Quid mihi cum hoc vel illo rei est? Nunquid custos sum ego fratris mei? Cum tamen scriptura aperte dicat, Deum unicus mandasse de proximo suo.

Alterum

Alterum verbum quod in hoc Euangelio Maria loquitur ad ministros, est: Quodcumq; dixerit vobis, facite. Hoc verbo rursus pia mater indicat animi sui sollicitudinem. Non dubitat, quin Christus possit succurrere & velit, sed timet ne forte ministrorum incredulitas & inobedientia obseriet. Quod ut ne fieret, ministros submonet. Per hoc omnes parres familiis docentur, cuius est curare, ne liberi sui aut familia quicquam faciat, aut intermitrat, ob quod beneficio dei indigni censeri queant. Sic faciebat diuus Iob, *Iob. x.*
is indies sacrificabat pro suis liberis, ne quid forte in deum deliquerint. Alioquin hoc verbum Mariæ communis doctrina & admonitio nobis esse debet, contra omnes eos, qui putant se, si audiant & credant, nihil ad salutem amplius opus habere. Verumtamen mater Christi secus docet, secus docet ecclesia, secus docet tota scriptura. Ita enim verba habent: Quodcumq; dixerit vobis, facite. Nam non sufficerit si tantum audiatis. Non omnis qui dicit domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem dei. Mirabilis cœcitas est nos eo induci, ut credamus non observationem mandatorum dei, sed solam fidem necessariam esse ad salutem. Audiamus optimi christiani Mariam, eamq; imitari studeamus. Enim uero proxima hæc et tutissima via fuit. Deus nobis omnibus largiatur suam gratiam, Amen.

Mat. 7.

Q VINTVS SERMO
Causam ostendit cur Christus tam duriter responderit matri sue.

Anteuertere me hac vice oportet circa hodiernum euangelium, ne simplicium forte quorundam animi offendantur ob verba nonnulla, quæ in eo commemorantur. Fuisse id quidem & proximè prædicta dominica necessarium, siquidem etiam illud Euangelium verba quedam habet, quæ simplex ingenium torque se possint. Verū quis vno tamq; breui tempore omnia præstet? Attamen ne & hoc à nobis neglectum videri possit, nunc simul expediam. Nondum perit, quo adhuc utiliter & satis tempestiuè sit. Cui in vno loco scrupulus fuerit ademptus, is nihil in ambobus hæsitabit. Porro verba quæ in vroq; Euangelio hominem simplicem mouere queant hæc sunt. Primum videlicet, quod Maria in Euangelio suis prioris dominicæ ad Christum dicit: Pater tuus & ego do lentes quarebamus te. Secundum, quod in hodierno Eu-

Luc. 1.

FF 5 gelio

POSTILLA P. IOAN. FERIO

gelio CHRISTVS inhumanius & durius matris sue respondet: Quid mihi & tibi est mulier? Non matrem eam, multo minus virginem vocat, sed mulierem, quasi neque mater ipsius sit, neque virgo. Hac autem verba sunt, quae aduersarii nostri Iudei, Ethnici, & haeretici potissimum decerpunt nobiscq; ad subuentandam fidem nostrā obiciunt. Nam quando Christum ex virginē natū est, asseveramus, mox argumenta sua contra nos in procinctu habent. Qui id fieri potest, aiunt, quia mater ipsam Iosephum pueri parentem vocet, & ipsam puer non matrem suam, sed mulierem nominet. Quia simplex homo vbi zudit facile in errorem fidei induc potest, ut ambigere incipiat de rebus, quae nobis certo constare debent. Quare necessarium cumpnisi est, ut hanc incommode quoad licet, medeiamur in tempore.

Rom. 12. Quanquam si modo ipsi volumus factū per h̄z facile est. Non opus est ira laboriosa inquisitione. Vel soli verbum, quod Paulus in hodierna epistola habet nobis hāc rem satisficiat & omnem scrupulū tollit, vbi ait: Qui prophetae donū habet, is operā det, ut oracula sua & predicationes fidei sint cōsentaneæ & iuxta fidei modū ac rationē stant. In his verbis vult Paulus omnem prophetiam, prædicationem & scripturarum interpretationem, si modo genuina & sincera esse debeat, ad normā fidei adaptari optare. Quapropter homini christiano ante omnia de certo fidei fundamento circunspiciendum est. Quo facto, videre cum oportet, omnemq; scripturam ita interpretari, ut ne interpretatio cum certo fidei fundamento pugnet, sed illa quam simillima sit. At verò nostra fides habet, q; Christus ex Maria virginē natus est. Imo quemadmodum secundum diuinitatē de patre sine matre, ita secundum humanitatem suam de matre, vel potius de virginē absq; patre natus est, id quod abunde testatum faciunt sacra litera tam veteris, q; noui testamenti. Esaias expresse dicit virginē cōcepturam & paritūram nobis Emanuel. In euangelio, vbi futura mater Christi rogat, quomodo istud fieri posset, quoniam virū non cognosceret, inquit angelus: Spiritus sanctus superueniet in te & virtus aleissimi obumbrabit tibi, &c.

Esa. 7. Luc. 1. Mat. 1. Item: Cum Ioseph sibi crediram sponsam dimittere vellet, propterea q; animaduertaret eā grauidā esse, sibiq; conscientia esset, nihil sibi cum ea rei fuisse, dicit ad eum angelus: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam

tuam

tuam: quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Hæc nostra fidei certa persuasio est, eaq; fundamentū nostrum esse debet, ad quod omnis scripture interpretatio ita applicanda est, ut fundamento non aduersari, sed q; simillima es- se videatur. Quin etiam si in scripture quid occurrat, quod ab hac fide distin̄tire alicui videretur, dubitare non debet, quin alius illorum locorum intellectus sit, quam verba pre- se ferant.

Vt cū Maria dicit, Pater tuus & ego dolentes quæreba-
mus te. Hæc verba sicut sonant ita intelligas, q; Ioseph pa-
ter Christi fuerit, planè pugnant cū fundamento fidei no-
stra. Hic alterū alteri credere necesse est, aut falsum sit opor-
ter fundamentū nostræ fidei, aut verbum quod dicit Ma-
ria: Pater tuus & ego quærebaamus te, aliter accipiendū est.
Verum Paulus fidei fundamentum fixum & immotum es-
se vult vndiquaq;, nec immeritò. Quod si enim in uno fi-
des nostra vacillaret, in reliquis etiā rebus omnibus subdu-
bitare nos necessum esset. Quare homo Christianus, quan-
tumvis verba quædam in vitroque hoc euangelio aliter so-
nare videantur, firmiter tamen fide sua nisi debet & credes
re, Christum de virgine natum esse, minimeq; ambigere,
quoniam vox illa (Pater tuus & ego) aliam admittat interpre-
tationem. Quoniam enim fundamentum fidei nostræ, q;
Christus videlicet de virgine natus est, certissimum est, &
ex scripture tam veteris, quam noui testamenti egregie des-
monstrari ac conuinci potest, profectò vox hæc Pater tuus
nō naturalem parentē potest significare, siquidē hoc longè
latēq; abest à fidei nostre persuasione. Quocirca alia huic
vocabulo patris significatio querenda est. Significat qui-
dem primo naturalem patrem, sed id locum hic nō habet.
Idcirco videndum est, num in scripturis præter hanc signi-
ficationem alia insuper reperiatur. Coimperimus autem secun-
dum scripturarum morem vnumquenq; dici posse pa-
terem tuum, qui te docet, nūrit & educat, tibi benefacit,
tui curam gerit, amorem & fidem paternam erga te decla-
rat. Sic Heliezeus Heliam patrem suum appellat, nimirum
própter doctrinam & institutionem. Sic serui Naamān pa-
trim vocabant, non quod ex ipso prognati essent, sed quia
illis benefaciebat. Sic eos qui Magistratu funguntur Patres
appellamus, nō quod nos procreauerint, sed quod ita nos
habere debeant, ut suos habet liberos bonus pater, docen-
do, aleando, defendendo, protegendo, obiurgando, mo-
nendo.

4. Reg. 2.

4. Reg. 5.

POSTILLA F. IOAN. FERI

nendo & promouendo ad bonum. Eadem ratione Ioseph pater Christi dicitur, non q̄ naturalis illius pater sit, sed quia illum educavit, nutrit, illi inseruit, curam eius habuit, & perinde ac si corporalis pater fuisset se erga eī gesit. Hoc pacto si vocabulum hoc (Pater tuus & ego) interpretati fuerimus, nihil fundamento fidei aduersabitur.

Quanquam hæc sententia alii quoque modis defendi possit. Nam quibus alioquin optima & sanctissima mater verbis vti debuisset? Omnes sciebant eā Iosepho desponsatam esse, ab omnibus putabatur Ioseph pater iſius pueri. Proinde si dixisset mater Iosephum non esse patrem, tan:
Leui.20. quam adulterā eam lapidasset iuxta legis Mosaicæ prescriptum, si virginem se esse affirmasset, nemo illi hoc crederet, aderat enim puer, & omnibus notum erat hanc illius esse matrem.

Ad hæc propria laus male eā decuisset. Quapropter mundum suū opinioni relinquunt, putantem Iosephum esse patrem pueri, Deo id cōmentat non dubitans, quin aliquando in lucem esset prolaturus, quod tum ignotum erat omnibus, nec quisquam crediturus erat. Idem quoque dicere possum de altero verbo, cūm C H R I S T V S in hodierno euangelio ad matrem suam ait: Mulier, quid mihi & tibi est? Etenim si vocē hanc mulieris ita accipere & intelligere lubet, vt credatur verē fuisse mulier, sicut cæterae que p̄siderunt, rursus fides nostra vim patitur, quæ certò habet, quod virgo ante & post partum manserit. Restat igitur ut etiam huic vocabulo mulieris significacione inueniamus, quæ cū fide simul congruat. Rogas iam, cur C H R I S T V S hoc loco matrem suam non virginem sed mulierem nominaret?

Luc.21. Responso. Quia nemini visum fuisset verisimile, si eam virginem appellasset. Ad hoc non caruisset suspicione, quæ si de se suisq; nimis magnifice sentiret & prædicaret. Non, sed alii hoc facere debebant, & iam destinati fuerant, qui hoc erant facturi tanta cum severitate & talibus testimoniis, quibus vniuersus mundus non posset contradicere. Ideo eam hic mulierem vocat generali nomine, vt in quo comprehenditur totus sexus muliebris tā iuuenilis, quam senilis.

Sed inquis, cūm nollet eam virginem vocare, potuisset eam matrem suam nominare, quando omnes nouerant, q̄ ex ipsa natus esset. Cur igitur mulierem & non potius matrem

trem eam appellat! Nunquid eum matris suæ puduit, aut illi hoc honoris inuidit & deferre noluit, vt eam matris nomine dignaretur? Minime, longe alius intellectus est. Christum ne matris suæ puderet, qui in lege tam seuerè *Exo.20* præcepit, vt in honore pater & mater habeantur? Matrem *Deut.27* non coleret, qui omnes illos diris deuouit & ad mortē condeinavit, quicunq; patrem & matrem non honorat! Alia hic ratio est. Quinimo propter nos id totum accidit. Christus hoc duro & veluti inhumano alloquitur quibusdā venaturis hæreticis occurtere voluit: qui dicturi essent eum ante Mariam matrem suam non fuisse, sed tum primum cūm ex ea nascetur esse cœpisse, cūm tamen fides nostra nos doceat eum à principio, imo ab eterno apud Deum atque ipsummet Deum fuisse. Hanc ob causam hoc loco dicit: *Ioan.1.*
Quid mihi & tibi est mulier? Quo venturi hæretici denique ex duro isto responso intelligere possent se quiddam *C.17.* habere, quod à matre non accepisset, & proinde se homine maiorem esse.

Secundo docere nos quoque per hoc voluit Christus, vt plurimum interesse existimemus inter Deum & naturales nostros parentes. Christus matrem suam vbique pro matre sua agnouit, præterquam vbi patris & coelestis negotium gerendum erat. Tum neminem agnoscebat, vt in euangelio præteritæ dominicæ, quum in templo federet inter Scriptas, atque illis fulgore diuinæ sua sapientiæ aliquantum promicare sineret, superuentens mater expostulabat cum illo, quod clam se subduxisset, respondit illi in hunc modum: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Sic etiam hoc in loco venit mater doctrina illum, quibus modis & quando debeat miraculum facere. Christus autem iam hac in parte non nouit eam. Quid mihi & tibi, inquit, mulier? Quasi dicat: Antequam opus patris mei aggressus sum, in omnibus me tibi mortigerum præbui. Nunc vero posiquā negotium patris mei cœpi gerere, illius & non humanam me autoritatem sequi oportet. In reliquis rebus omnibus tu mater mea es, imperare mihi potes, sed quando in opere patris mei versor, plus illius voluntatem, quam hominum obseruare me oportet. Sic & nobis faciendum prorsus est, Deum ante omnia, deinde parentes nostros audire debemus, nec quenquam vereri in negotio dei. Præcepit nobis Deus, vt patrē & matrem honore afficiamus. Et ea de causa Recha

*Luc.2.**Act.5.**Exo.2.*

POSTILLA F. IOAN. FERI

Exo. 35. Rechabitæ, de quibus Hieremias scribit, magnis laudibus celebrantur, quod patris sui mandato, quod tamē arduum & difficile erat, auctoritauerint diligētissime. Veruntamen vbi de fide & præceptis dei agitur, neque patrem neq; mater nouisse debemus. Iuxta illud Luce: Si quis venit ad

LUC. 14. me & non odit patrem suum & fratrem, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Quemadmodum igitur certum est te aduersus deum delinquere, quando in charitatis officio parentes tuos deseris nec illos adiutas, ita certò quoq; aduersus Deum facis, si ob parentum aut amicorum tuorum amorem Christum negligis deiq; mandata non perfidis aut aliud quiddam cum turpitudine coniunctum designas. Pium est obsequi parentibus. Pium quoque est sicuti honor & mandarum dei exigit, parentes deserere, vt Mo-

Deut. 33. ses air, Qui patri suo & matri sua (intellige in dei negotiis) dixit, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos, & filios suos in talibus dei negotiis nescierūt, hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum seruauerunt. Hoc itaque qui rectè consyderauerit & discrimin sciuerit seruare inter Deum & parentes suos, eum nihil mouebit, quod Christus dicit ad matrem suam: Quid mihi & tibi est mulier? Proinde turpiter lapsus est Manichæus aliusq; plures, qui isthinc colligere volebant Mariam non suisse veram mattē Christi. Scelus autem fuerit, si iuuentus nostra sumat hinc occasionem oblatrandi parentibus eosq; contempnendi, aut temeritatem aut procacitatem suam prætexendi. Enim uero non te hoc docet C H R I S T U S, neq; simile quiddam siue in verbis siue in operibus ipsius repertus. Doctrina & exemplum eius hoc tantū ostendit, vt dum pluris q; patre & matrem faciamus, alioquin post deum magni à nobis fieri debent parentes, eosq; honore & officiis prosequi quoad possumus debemus. Deus Opt. Max. suā nobis largiri dignetur gratiam, vt in hac aliisq; rebus diuinæ ipsius voluntati obtemperemus, Amen.

SEXTVS SERMO

Agit de principio Euangeliū cum adiuncta Epistola.

Hodiernum Euangeliū, si externa tantummodo litera inspicatur, aliud nihil est, quam historia quædam, qua nobis indicat, quid olim acciderit in Cana Galilææ, idq; in nuptiis. Posset itaque ho

mo

mo simplex cogitare nihil ad se pertinere, cum tamen haec ipsa historia omnes conditiones in se habeat, quas Paulus in genere sacrae scripturae attribuit: Omnis scriptura dictum est inspirata (inquit) utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut per se etus sit homo dei ad unne opus bonum instrucetus. Et alio in loco: Quaecunq[ue] scripta sunt ad nostram doctrinam scripsi sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. In hac historia omnia ista reperiuntur. Opus habes consolatione, hic eam inuenis. Opus habes doctrina, hic eam inuenis. Malefacis, hic tibi pena parata est. Pigeres, hic admonitionem & calcar habes, & ita de reliquis. Quod ut ita habere rem intelligamus rursus hanc historiam latius percutabimus, discemusq[ue] ex ea, quod ad omnem pietatem nobis conducere poterit.

Omitto primo quomodo matrimonium primitus insti-
tutum sit. Nam Moses id satis superiq[ue] exposuit in Genesi. Gen. 2.
Omitto etiam dicere, quomodo nos Christiani nuptias celebremus, siquidem id pulchritudine ostenditur in libel-
lo Tobie, ubi angelus ait: Hi qui coniugium ita suscipiunt Tob. 6.
ut Deum a se & a sua mente excludant & sua libidini ita
vacent sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, ha-
bet potestatem dæmonum super eos. Tu autem cum acce-
peris virginem, cum timore Domini accipias, ut in semine
Abrahæ benedictionem consequaris. Et infra dicit scriptu-
ra: Cum timore Domini nuptiarum coniuvium exercebat. Tob. 9.
Et Tobias ad sponsam suam, Sara, inquit, exurge & depre-
cens Dominum, filij quippe sanctorum sumus & no[n] pos-
sumus ita coniungi sicut Gentes & cetera. Porro quomo-
dum in matrimonio fæse gerere debeant coniuges docet Pau-
lus. Viri, inquit, diligite vxores vestras, sicut & Christus di-
lexit ecclesiam. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Do-
mino: quoniam vir caput est mulieris, sicut CHRISTUS
caput est ecclesia. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita
& mulieres viris suis in omnibus & cetera. Haec omnia pre-
termitto nunc, indicaturus tantummodo quid nobis verba quaedam in principio euangelij commemorata signifi-
cent, & consyderandum præbeant. Quoniam enim alio in loco dicit CHRISTUS, sine voluntate Dei ne folium
quidem cadere de arbore, certò persuasum habere nos oportet in tota historia nihil temerè aut fortuito, sed omnia ex
divina prouidentia & consilio accidisse.

Mat. 10.

Enimvero

S. POSTILLA F. IOAN. FERI

Enimuero primo, non absq; causa factum est, quod Christus in terra Galilæa auspicatur euangelij prædicationem & miraculorum gestione. Matthæus hanc adducit causam, nimirum ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam Esaiam sic inquietentem: Terra Zabulon & terra Nephatai, via maris trans Iordanem Galilæa gentium: populus qui ambulabat in tenebris vidi lucem magnam: & sedentibus in regione umbra mortis lux orta est eis.

Mat. 4. Secundo obseruandum est, quod CHRISTUS postquam vox patris & per apparitionem sancti spiritus cœlitus declaratus ac manifestatus, necnon testimonio Ioannis proclamatus esset, tanquam unicus & verus servator mundi, non cessavit diu, sed mox & verbis & factis se manifestare incipiebat, quo videretur omnes de illo non frustra tot, tamquam præclara testimonia prolata fuisse. Etenim ubi spiritus sanctus est & degit, cœlari non potest. Non potest ciuitas ab iconi supra montem posita, atque ideo hanc lucernam Deus accenderat posueratque super candelabrum, vt luceret omnibus hominibus. Quod autem Christus vñâ cum matre sua & discipulis ad nuptias vocati & invitati sunt, id primo ob affinitatem solum fieri potuit, non quod de illo aliquid exceptaretur speraretur ch. Secundo id accidit fortè ex singulari deuotione & fide in eum, quod pauperes nuptiales homines sperabant omnia successura feliciter, si Christus illis adesse dignaretur, quemadmodum olim David arcam dei propterea in domum suam recipiebat, quod consideret benditionem dei locupletius super domum suam venturam permansuratque, sicuti etiam factum est. Tali quoque cum fiducia & gaudio Zachæus Christum hospitio exceptit, nec illum se felicit opinio, nam per Christum illius domui constigit salus: si hi etiam nuptiales homines sua spe minimè frustrati sunt, Christus suam illis benedictionem impetrabat. Et per hoc exemplum nobis expressit, vt hospitalites simus, immo ostendit se cum fœnore compensaturum, quicquid alii hominibus ex vero amore bene fecerimus, id quod olim sanctus Abraham pariter & Lotus re ipsa experti sunt & Christus ipse promisit inquiens: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iussum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunque potum dederit vni discipulorum, non perdet mercedem suam.

Gen. 18. Mat. 10. Quod autem Christus ita facilem se præbet & benignitas

C. 19.

ter comparet in nuptiis eorum qui ipsum inuitarāt, ad nos
nam id factum est consolationem. Siquidem hinc intelligere licet, q̄ Christus neminē aspernetur aut excludat, qua
tenus nomen ipsius inuocetur & gratia queratur. Delitiae *Prou. 8.*
inquit meū sunt esse cum filiis hominū. Ea propter etiam *Ioan. 6.*
dicit in euangelio se eum qui ad ipsum veniat non electu-
rum foras. Et in Apocalypsi: Qui aperuerit mihi ianuā, in:
qui, intrabo ad illum & cœnabo cum illo,

Apoc. 2.

Porro quod Christus etiam nuptiis interfuit magnam
adferit consolationē omnibus qui matrimonio vinciti sunt.
Alioquin enim suspicari possent se regni Christi confortes
non esse, postquā Christus simul & Maria in perpetua vir-
ginitate vitam exegerint. Nam multa sunt quæ animos cō-
iugum frangere & deicere possunt, nimisq; primo, q̄ non
est vite status, qui plures secum molestias trahat ac matri-
monium, cui crux indiuidua adhæret, ita ut eam ob rem
multi hunc statum fugiant, tametsi bonus quisq; nihil mo-
veatur his incommodis, quanto enim plus crucis & mole-
stiarum perpetitur, tanto magis & liquidius deum cognoscit, eiq; adhædere discit.

Secundo quoque matrimonij status nihil magni p̄ se
fert extrinsecus, quinimo hominum imperfectiorū tantum
esse videtur. Contra verò res magna & honesta est coram
mundo in viduitate aut virginitate manere, præterquam
q̄ istiusmodi status, cū à Christo tum à Paulo magnis pre-
coniis celebrantur hominibusq; suadentur. Tertio, matri-
monium etiam antiquitus apud mundi sapientes in maxi-
mo contemptu fuit, non dicam nunc extitisse quoq; in or-
be Christiano nonnullos, qui penitus damnarint & indi-
gnū homine Christiano iudicarint. Hęc omnia eos qui in
matrimonio vitam degunt ad pusillanimitatem adigere
queant. Quapropter ne animum pro�rū desponderent,
Christus ipse met ad nuptias venit & sua præsentia connu-
bium comprobavit honestauitq; vt quod per se bonum &
deo acceptum est, sicuti alibi quoque id verbis commenda-
vit. Quid autem hominem cōsolari magis potest, quam si
norit se tale vita genus delegisse, quod etiam ipsi deo pla-
ceret? Imò hęc res sola omnes matrimonij molestias mitiga-
re & lenire potest.

Mat. 19.
1. Cor. 7.

Deniq; q̄ Christus etiam miraculum atq; adeo primum
in nuptiis gessit, indicū est, q̄ obstrinxit se & veluti fidem
dedit, se matrimonium nunquam desertum, neg: id ini-

GG Iuris

POSTILLA F. IOAN. FERI

Gen. 2. iuria. Nam posteaquam homo propter vxorem suam non solum omnes amicos suos, verumetiam patrem suum & matrem relinquere cogitur,apparet qd & ipse ab omnibus res linquatur & desertus sit. Quamobrem C H R I S T U S hoc miraculo ostendit sibi coniuges esse curæ, nec illis dixitias, victum & amictum defuturum, si vocent ipsum & invitent

Prov. 10. necnon apud se retineant. Etenim benedictio domini diuites facit. Et Deus dicit ad omnes affictos: Inuoca me in die tribulationis. & eruam te & honorificabis me. Hæc est consolatio, quam historia ista præberet præcipue cōiugibus, nec tamen his solis, sed omnibus iis qui tinent deum, & voluntatem eius faciunt. Cæterum quantum hoc euangelium nos consolatur Christum inuitantes, tantum negligentes, supinos & impios homines arguit, qui nunquam vel raro deo cogitant, tametsi videat eis exempla infelicissimorum hominum tam in matrimonio qd extra matrimonium, quibus nihil ex animi sententia succedit, sed sinistre omnia cadit, quosq; vna post aliam opprimit calamitas, eo quod deum & timorem ipsius ex oculis dimoueant, instar pecudum viuentes, quibus non est intellectus.

Psal. 49. De doctrina, quam hodiernum nobis euangelium superpediat alibi dictum est, ad quam præcipue pertinet exemplum Christi & matris ipsius, qui tametsi in virginitate statu perseverarunt, non tamen coniugium damnarunt. Nec esset hæc est nostra tempestate doctrina, quandoquidem videmus nulla re inter nos Christianos maiora dissidia & contentiones excitari, qd quisq; effertur si qua in re alteri præcellit & idcirco alios præ se contemnit, cum tamen fieri possit, vt eis cui peculiares dotes non admodum multas, longe acceptior sit deo, qd qui vel maximis & innumeris dotibus præditus est. Omnis quidem via viri recta sibi videtur: appendit autem corda dominus. Super hac re præcipue hodierna epistola ordinata est, nimirū vt nemo propter multis dotes quas habet sibi placeat, sed quisque propter diligentem nauet operam, vt eos in aliorum hominum & communium membrorum utilitatem conferat. Et certe si hanc epistolam probè inspexerimus, exemplum Christi & matris ipsius altius animis nostris insigetur. Quocirca vnicuiq; videri debet Paulus ita ad nos dicere in ista epistola: Videte, dilecti fratres & considerate istud memorabile exemplum, videlicet quomodo haec duæ summae personæ in nouo testamento Christus & Maria, quæ proculdubio

Psal. 31. reliq;

Prov. 12.

Rom. 22.

reliquias mortales omnes dotibus excelluerunt, nihilo tamen clariiores inde factæ sunt aut alios magis spreuerunt, qui his donis caruerunt, sed illis quām officiosissime inseruerunt: Maria solitudine & interpellatione, Christus dando & auxiliando. Vestrum est hoc imitari. Non omnes habentis easdem donations. Alius propheta est, aliis reip. administrator, alteri hoc, alteri aliud munus delegatum est. Sed quid faciendum? Num quis eo melior est, q̄ magnis donis, functionibus & dignitatibus præditus est? aut ideo ne superbire & alios contemnere debet? Nequam. *Quin tanto magis studere debet, ut aliis prosit, qui docere potest, docendo, qui hortari, hortando, qui regere, diligenter cura, qui officium gerit, fideliter seruitio, &c.* Hoc illis dictum est, qui peculiares functiones gerunt & dona habent. Verum quid aliis faciendum, num propterea ocio dēdere se debent, q̄ non habent peculiare aliquod munus aut donū vt ceteri? Minime. Dilectio vestra (inquit Paulus ad vulgus christianorum) sit sine simulatione, odientes malum, adhæretes bono, charitatem fraternitatis iuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, solitudine nō pigri, spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, &c. Id genus inulta enumerat Paulus. Et hoc est exempla Christi & matris ipsius verē depingere. Sit demum ad verē christianam vitam perueniri possit. O felicem ecclesiam & orbem christianū, si istiusmodi filios haberet. At quis non videt, quām adhuc longe ab his exemplis distemus? Deus Opt. Max. nobis suam gratiam largiri dignetur, Amen.

SEPTIMVS SERMO agit de coniuicio nuptiali.

IN hodierno euangelio scribit Iohannes de nuptiis decessus prandio & coniuicio nuptiali, q̄ aliquando in Cana oppido Galilæa celebratum fuit. Sed personæ ibidem commemoratae nostris nuptiis & genialibus coniuiciis non essent futuræ aptæ, nemo illas desideraturus esset, omnes ad illarum presentiam tedium essent concepturi, vt pote de quibus non modo nulla utilitas capi posset, verum etiam quæ omnem lætitiam interturbaturæ essent. Nostra nuptiae & coniuicia ita nunc instituuntur, vt tristes & tetragonos putemus coniuias esse, nisi merarius bibat & ad insaniam

CG 3 vñq

POSTILLA F. IOAN. FERI

Vñq; potent. Verum tali conuiuo beata mater inutilis futura est & incommoda, vt quæ omnis pudoris, honestatis & grauitatis speculum erat. Nec Christi præsentia in eius-

Ioan. 8. modi nuptiis admodum futura est grata, vt qui lux est & veritas. Lux est, qua nihil cœlat & irreprehensum di-

G. 14.

mitrit. Veritas est, que nihil aliud potest, q; p; bonum est lo-

qui & denuntiare. Sed istiusmodi conuiuarium mundus consuetudinem non cupit. Qui id? Opera ipsorum mala

Ioan. 3.

sunt. Et omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Qui in mensa & in co-

uiuio in vita inuehi, prædicare & de rebus diuinis loqui vult, nec se aliorum moribus accommodat, is putatur om-

ne gaudium impedire. Sancti Apostoli iam ita effecti ani-

mis erant, vt eos q; spiritualium, diuinarum ecclœsiarum re-

Gal. 6.

rum studium nihil amplius oblectaret, mundus enim illis crucifixus & illi mundo vicissim crucifixi erant. Quid igi-

2. Cor. 6.

2. Sed istiusmodi conuiuarium mundus multum curat. Quæ par-

2. Cor. 6.

ticipatio esse potest iustitia cum iniuritate? Aut quæ socie-

Ioan. 15.

tas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Be-

2. Cor. 6.

lia? Si de mundo fuissent, inquit Christus, mundus quod

2. Cor. 6.

suum erat diligenter, quia vero de mundo non erit, sed ego

2. Cor. 6.

elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Vide hac

2. Cor. 6.

vna causa est, cur tales conuiux, quales fuerunt Christus, Maria & Apostoli vesanis nostris hymenæis haud viles &

2. Cor. 6.

commodi esse queant, siquidem grauitate, honestate, pietate, &c. omnem nostram. Iactantia interrupti essent, ne-

2. Cor. 6.

mo mutire ad illorum præsentiam auderet, omnes ad reue-

2. Cor. 6.

rentiam, modestiam ac honestatem se componere cogeren-

2. Cor. 6.

tur, &c. At hoc nostrarum rerum nihil esset.

2. Cor. 6.

Secundo, tales conuiue non valde futuri essent accepti in nostris nuptiis, eo q; nihil munerum temporalium ab iis

2. Cor. 6.

expectari possit, quod modo præcipuum est: Qui liberaliter donat, is gratius hospes est, & primus vocatur, tenuitum fa-

2. Cor. 6.

cile omnes obliuiscuntur, posteaquam ex ipsis fructus nulli- bus percipi potest. At vero Christus de seipso dicit: Vulpes foueas habent & volucres corvi nidos, filius autem homi- nis non habet ubi caput suum reclinet. Similiter & Paulus

2. Cor. 6.

de illo ait: Egenus factus est, cum esset diues. Ad hæc non- dum id temporis Christus miraculum fecerat, vt neq; talia

2. Cor. 6.

bus in rebus aliquis cōmodi spes aliqua affulgere posset.

2. Cor. 6.

Mat. 19. Apostoli omnia quoque reliquerant, licee neq; an ea diui-

2. Cor. 6.

tiis vñque adeo abundauerant. Petrus ingenue fatchatur

sibi neque aurum esse neque argentum, &c. Mariae matris Christi non magnas opes fuisse credi par est, quandoquidem Christum in nativitate eius in praesepi reclinare cogebatur, propterea quod locum altum in hospitio non habebat. Quis vero hocce seculo, quod in diuitiis & voluptate suarum rerum summam collocat, tales conuiuas magna opere curat, ex quibus nihil commodi haberri possit, & quos reuereri omnes debeant? Ceterum in euangelio iam dicto si ipsi primi sunt inter eos, qui ad istas nuptias vocati sunt & nominati. Maria mater Iesu, inquit Ioannes, erat ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias. Ide factum est cum summo honore & utilitate maxima homini nuptialium.

Primo nanque id arguit nuptias istas non cum leuitate, sed cum omni modestia & pietate esse peractas. Maria deipara aderat tanquam speculum otioris modestie & honestatis, non epulandi aut saltandi gratia aduenierat vel etiam vacata erat, sed ut nota spolia in ipso statim initio haberet exemplum omnium virtutum & honestatis, ex cuius intuitu videtur posse, quid facere se seceret. Tales maiores nostri conuiuas invitabant, ut filiae ipsorum ante omnia verecundiam & honestatem addiscerent. Altius, quippe considerabant copulam matrimonialem, ut nos, immo exploratum habebant, infelicitter omnia geri, ubi modestie, honestatis, virtutis & probitatis non imprimis habeatur ratio. Nos satis esse arbitramur, si liberos nostros elocauimus & nuptias magno sumptu & apparatu consecimus, non curamus, ut res postea se habeant, &c.

CHRISTVS altera persona est, cuius nomen in his nuptiis exprimitur. Is aderat tanquam doctor veritatis & iustitiae ad consolationem & salutem omnium conuiuarum. Dibuum non est, quem praedicaverit. Quoniam enim alias si quando inuitabatur praedicare solebat, sicuti in euangelio videre est, vix hoc in loco intermisso celeri debet, ubi maxime opus erat. Non est status, qui in institutione, doctrina & consolatione magis opus habeat, quam status matrimonii. Apud nos autem noui aliquid esset in nuptiis & in mensa praedicare & verbum dei audire. Imo gaudium omne, nuptias & totum conuiuum per hoc interrurbatum esse existimaremus.

Ita nunc nos habemus, putamus in nuptiis nil nisi quod mundanum est cogitandum esse, quasi deum & animarum nostrarum salutem interim seponere nos oporteat, nec quicquam

CG 3 deceat

Luc. 8.

Ioan. 8.

Luc. x4.

POSTILLA F. IOAN. FERI

deceat nuptias aliud, quam edere, bibere, saltare, inebriari & penitus insanire, raseo ea, quæ his peiora sunt. Unde fit, ut lætum plerunque nuptiæ nostræ initium habeant, extum vero tristem. Contra autem euangelica istæ nuptiæ principiū habebant vile ac humile, imo tñ nisi mera ibi erat paupertas, ita vt etiam vinum deficeret, cum tamē ve
risimile sit in præsencia Christi non fuisse immoderatas potationes. Aderant & Apostoli, vt qui temporalibus rebus omniis renunciauerat, ad ea solum quæ æterna sunt cōtendentes. Qui igitur leuitas, ebrias & effusum mundi gaudium locum apud tales coniuias habere potuerit?

Nec vero illis verum gaudiū & lœtitia defuit, imo quan
to hic minus loci inuenit amētissimum mundus, tanto ma
ius & solidius fuit spirituale gaudiū. Quomodo enim spi
rituale gaudiū isthinc abesse potest, vbi Christus loquitur
Esa. 61. & operatur? Præcipua sanè ipsius aduentus causa est, vt pre
dicaret pauperibus euangelium, vt lugentes consolaretur,
captiuos redimeret, &c.

An non igitur pari huic coniugium solatium attulisset,
quum C H R I S T V S cum matre sua & discipulis ad ipsos
diuenteret? Nonne merito gaufsi sunt, cum viderent, quid
veneranda mater tam diligenter gereret curam & tam ob
noxie rogaret pro eis? An non ingentem copiisse voluntate
existimandi sunt, quod C H R I S T V S tam insigne mira
culum non nisi apud ipsos & coram ipsis, imo etiam in il
lorum gratiam ædedit? Ne totius quidē mundi gaudium
huic gaudio æquari potest. Mundi gaudium momenta
neum est, istud vero gaudium usque durat. Inebriate, fure,
insani, tripludia, saltat, quantum voleas, ede & bibe quantum
potes, omnia tamen finem fortuntur.

His coniugibus, ad quos venit Christus suavis per om
nem vitam memoria fuit eorum, quæ Christus apud illorū
nuptias gesit. Nam tametsi pauperes erant, hoc tamen so
lati habebant, quod Christus qui illis semel subuenerat,
denuo auxiliari posset. Tametsi corā mundo inopes erant,
hoc tamen vicissim eos couolabatur, & Christus ipsos no
nerat aspernatus. Si infortunium & crux domum illorum
circumuallarunt, sicuti certe in coniugio fieri coſuevit, co
gitare potuerū, si per Christum semel aqua in vinum ver
a est, poterit nobis etiam spiritualiter nostram crucem &
passionem in perennem nostram gloriam vetttere. Quod si
cum

tum etiam malignus hostis conscientias eorum discrucia-
se conatus est , hoc copere solatii , quod in tali vita statu-
erant , qui Deo placebat , quē Deus ipse instituerat , & Christus
sua præsentia honestauerat , necnon miraculo confr-
mauerat . Vide hoc pacto spirituale gaudium , quod in nup-
tiis ex præsencia Christi initium accepit , perpetuum fuit
istis coniugibus .

Idem de muneribus existimare debet Christus , mater ip-
sius & discipuli pauperes erant , non multum argenti dona-
re poterant , attamen plus commodi ex illis perceptum est ,
quam ex omnibus alijs conuiuis , imo quod alii non pote-
rant , hoc Christus supplebat . Hic nobis Christianis modus
celebrandi nuptias esse debebat . Non in furioso isto gau-
dio , nō in magnis muneribus rotū situm est . Mundi gau-
dium fugitiuum est , gaudium autem quod Christus dat et
adserit hic incipit & perpetuo durat . Gaudiū vestrum (in-
quit) nemo tollat a vobis . Nec ignoratur , quod benedictio
Dei plus ad opulentiam faciat , quam magna hæreditas &
munera . Quinimo ubi Deus non benedicit , ibi evanescunt
temporalia bona , nec scitur , quomodo dilabantur . Quare
non de iis cogitare nos conuenit , qui tumultuosī gaudii ,
multarumq; diuitiarum compotes nos facere possunt , sed
verum gaudium & nunquam interitus diuitias ut astre
quamur curare debemus . Quia in re boni & pauperes æquè
nos adiuuare possunt , atq; diuites & leues homines . Non
multum in his nuptiis insaniuisse conuicias credibile est
propter præsentiam Christi & matris ipsius . Quantò vero
Christus magis externum gaudiū præpediebat , tanto ma-
iore letitia & solatio intus animos illorum perfundebat .
Porro quanquam C H R I S T U S cum suis nihil nummorū
donauerit in istis nuptiis , maiora tamea fecit ac dedit con-
sulendo in medium , ne sponsus pudore suffunderetur corā
mundo , declarans interim gloriam ac virtutem Dei apud
ipso , & veluti testificans se semper aquam in vinum , hoc
est tristitiam & ærumnas ipsis in gaudium versurum . Eca-
quid honorificentius donare potuisset ?

Hæc omnia talia sunt , quæ circa has nuptias iugi medi-
tatione considerare debemus . Qui Christum & suos inut-
eat , non erunt illi profecto damno , quantumvis pauperes
sunt . Qui Christum cū suis excludit , huic inauspicata sunt ,
omnia , etiam si ditissimos quoque ac potentissimos in-

Ioan. 16.

Pron. 10.

Aggei. 1.6.

POSTILLA F. IOAN. FERI

auxilium vocet. Quod si hic infortunium euadit, tanto
eum illis formidabilius manet.

Consultissimū fuerit itaq; nos nuptias nostras cū Chri-
sto & in timore dei auspicari. Facilem se C H R I S T V S pre-
bet coniuiam, & hospes vitilis ac frugi est, id quod nō tan-
tum isti nuptiales homines, sed alij quoq; plures cōpertum

Mat. 9. habent, vt Zachēus, Matthæus, Martha, &c. Age si nuptias

Luc. 19. celebrare tibi animus est, quarum gaudium non sit tridua;

Ioan. 11. num sed perenne, Christum primo inuitato, quod si dein-

de vini inopia laborare incipias, ad Christū recurre, is om-
nem defectum farciet. Interim tamen tu cura & admone
liberos & familiam tuam, vt faciant quicquid illis iubat
C H R I S T V S, senties Christum tibi nunquā defuturum.
Isthuc ex euangelio hodierno addisco. **Quod si in nup-**

tias à te factum non est, facias adhuc, quippe non feceris in

tempestive. Latro in cruce in extremis suspiriis suis Chri-

stum inuitabat, consolationem & salutem adhuc inuenie-

bat. Verum hoc non coniugibus tantummodo, sed nobis

omnibus dictum est. C H R I S T V S quod suum est facere

non intermitte, si illum inuitaueris non est quod tu soli-

citus sis. Quando ipius hora venit, hoc est, quādo dei glo-

ria & nostra necessitas postulat, non emanet. Ipsi nos pe-

dimus & nobis obſtitimus. Vbi nulla opus erat cura, hoc

est, propter bona temporalia, ibi omnem curam, ſollicitudi-

nem & ſtudium adhibemus. Vbi autem maxime cura ge-

renda erat, hoc est, propter spiritualia & æterna bona, ibi

torpemus & ab omni cura oceſi viuimus. Ad quod præ-

cipue animi nostri cogitata intendere debebamus, nimí-

rum ad ſcurrandam dei voluntatem eamq; faciendam, id

proſum negligimus. Hunc morem si inuertas, tum de-

mum recte facies. Primum omnium voluntatem dei ex-

plicare & obſerua, Deus efficiet, ne quicquam rerum tem-

poralium tibi defit: Deus bone, dici non potest, quād eſſe

futuri felices, ſi ita ageremus? Sed maleſuaduſ diſſi-

dentia facit ut nihil aliud cogitemus aſſetemusq; q;

terrenas opes, cum tamen ſepenumero videamus

nos fruſtra laborare, dum amittimus diuitias

spirituales. Deus det nobis ſuam gra-

tiam, Amen.

OCTA.

OCTAVVS SERMO

*Docet, quomodo Christus gloriam suam manifestauit
in hoc Euangelio.*

Vobis in hodierno euangelio indicantur, primo historia & miraculum, quod CHRISTVS in nuptiis fecit. Secundo quomodo talis historia & miraculum intelligendum & accipiendum sit. Vtrunque Ioannes simul indicauit, quorum postremū tantum momentū habet quārum primum. Imò longe plus. Ad quid enim vtilis esse nobis historia potest, si non intelligatur eiusq; usus ignoretur? Auditu quidem iucundum est, qualia CHRISTVS miracula gesserit. Cæterum tum deum virile est, si intelligas simul & vi scias. In hodierno euangelio ex aqua vinum CHRISTVS fecit, nō parum, sed multum, non clam sed palam in nuptiis, non dolo, sed vero modo, non fascino aut præstigiis, sed virtute diuinæ suæ potentie. Nulla ibi fraus reprehendebatur, sed mera veritas. Sentiebant ipsi hospites deesse vinum, aquam huiusministris, hydriæ nō nisi aqua usui distinata erant, iuxta morem Iudaicæ purificationis. Negit CHRISTVS neque discipuli eius vasa illa attingebant, attamen architridinus cum pitifaret discere cupies, quid in hydriis esset, nihil aliud esse quam vinum iudicare poterat, affirmans in illis nuptiis melius yinum non fuisse propositum, & veluti expostrulas cum sponso, qui tam generosum vinum in extreum conuicium distulisset.

Hæc historia est & miraculum, Per se celebre & nobilitate est, tum quoque auditu & lectu iucundum, nihil tamē aut parū virilis adserit, nisi sciatur cōsidereturq; cur gesuum fit. Hac de causa Ioannes istius miraculi significatiōne sub fine apposuit. Hoc, inquit, fecit initium signorū CHRISTVS in Cana Galileæ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Ita huius miraculi vel potius totius historiæ explanatio est. CHRISTVS, inquit per hoc manifestauit gloriam suam. Non dicit: Hoc signum fecit CHRISTVS, quo gratum se declararet erga eos, à quibus inuitatus erat, aut ut pauperum necessitati subueniret, eorumq; inopiam subleuaret. Non, Ioannes maiorem adhuc adducit causam. Ideo inquit fecit, quo manifestaret gloriā suam. Idq; Ioannes ponit indefinitē, vt intelligamus cum non suis solum discipulis, sed yniuerso orbi gloriam suam

POSTILLA F. IOAN. FERI

manifestare voluisse. Hic sensus est miraculi istius. Nos vero hæc ita accipere debemus, ne frustra literis prodita & dicta esse nobis videantur.

CHRISTVS hoc miraculo non mundi gloriam quasi uit, sed suam gloriam patefecit, hoc est ostendit, quis ipse esset, & quid in ipso lateret. Nam ad id usque temporis similitudine homo credebarur. Humilis inter mortales incedebat, sed magnum quid in eo abditum erat, quod hominum oculis non patebat & fidem eorum superabat. Forma serui in illo apparebat, forma autem Dei opera erat. Neq; vero

Phil. 2. Ioannes eum talem esse agnouister, nisi colitus illi reuelatum fuisset. Sic enim ipse inquit: Ego nesciebam eum, sed

Ioan. 1. qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videritis spiritum descendenter & manentem super eum,

" hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi & testimo-

" nium perhibui quia hic est filius Dei. Postea tametsi Ioannes de Christo palam testificaretur & digito illum ostenderet hoc verbo, Hic est, paucis tamē persuaderi potuit, quandoquidem C R I S T V S humillimè incedebat. Jam vero

Ioan. 2. in his nuptiis (inquit Ioannes) manifestauit gloria sua, ita ut non solum sancti Apostoli tuum temporis, verum etiam nos & omnes fideles in hodiernum usque diem penes hoc

Ioan. 1. miraculum dicere queamus. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratiae & veritatis. Hoc in quaum, Apostoli viderunt circa istud miraculum. Audimus id ipsum nos quoque, immo videmus non corporeis oculis, sed oculis fidei.

Potro hæc est gloria Christi, diuinitas ipsius, bonitas, veritas, iustitia, sapientia. Ista omnia per hoc miraculum manifestauit. Primum diuinitatem suam in eo quod creaturas in sua essentia & substantia mutauit, & in vinum veritatem antea era aqua. Istud autem opus tale est, quod solus Deus potest, qui suas creaturas in potestate sua habet, veluti lumen figuratus in manu, quod fingere & restinguere pro libitu potest. Secundo, manifestauit C R I S T V S per hoc miraculum suam omnipotentiam, in eo quod unico verbo immo sola sua voluntate & in sua absentia vinum ex aqua fecit. Est enim omnipotentia indicium, ubi quis verbum profert, & res subito subsequitur, sicuti scriptura de Deo loquitur potentia. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creatura sunt. Tertio, manifestauit quod C R I S T V S hoc suo miraculo suam bonitatem & misericordiam, dum pauperes

Hier. 13.

quod ante

Psalm. 148.

opus

est, quod so-

lus Deus potest, qui suas creaturas in potestate sua habet, veluti lumen figuratus in manu, quod fingere & restinguere pro libitu potest. Secundo, manifestauit C R I S T V S per hoc miraculum suam omnipotentiam, in eo quod unico verbo immo sola sua voluntate & in sua absentia vinum ex aqua fecit. Est enim omnipotentia indicium, ubi quis verbum profert, & res subito subsequitur, sicuti scriptura de Deo loquitur potentia. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creatura sunt. Tertio, manifestauit quod C R I S T V S hoc suo miraculo suam bonitatem & misericordiam, dum pauperes

peres non aspernatur, sed ad ipsos diuertit, & misericorditer eos consolatus est.

Quarto, C H R I S T V S per hoc etiam veritatem suam manifestauit in eo, quod tam fideliter praestit ac impletuit, quod olim tam multis fariam per prophetas promisit, ut cum ait in Ezechiele: Ego ipse requiram oves meas & visitabo eas, & cetera. Et in Elia: Ego ipse consolabor vos. Quinimo tota historia nihil aliud est, quam id quod C H R I S T V S dicit: Ego ipse qui loquebar ecce adsum.

Eze 34.
Esa. 51.

Quinto, per hoc etiam C H R I S T V S manifestauit iustitiam suam, in eo quod beneficium its, qui ipsum ex simplici & bono animo vocauerant liberalissime rependit. Nam quenadmodum iustitia ipsius postulat, ut nullum malum impunè dimittat, ita exigit quoque, ut nullum bonus irremuneratum relinquit. Amen dico vobis (inquit) quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, non perdet mercenum suum.

Esa. 58.

Mat. 10.

Postremo C H R I S T V S sapientiam suam declarauit in hoc miraculo, dum non in ipso statim initio, sed in fine coniunctum cum iam viderent omnes vini defectum esse, hoc miraculum exhibuit. Etenim si in principio statim fecisset hoc, nemo animu adhibuisse, posteaquam nullius rei adhuc in opere erat. Quare prudenter factum est, quod distinxerit donec necessitas vgeret. Deinde quoque sapienter insituum erat, quod hoc miraculi non apud diuites, sed apud pauperes fecit, siquidem diuites non valde curarent illius vinum, cum ipsi cellararia vino plena haberent. Et postremo, quod in hoc suo miraculo longe alium, quam mundus solet, morem obseruavit. Mundus primò optimum vitum, & vilissimum postremo apponit, hoc est, magnifica iactat, multa polliceretur, sed male concludit, relinquit nobis nihil aliud quam quod deterrimum est, C H R I S T V S autem simplex venit ad nuptias, nihil egregi pre se ferens, sed ultimò exhilarat totam domum & nuptias. Sic differt suum bonum vinum in extremum usque continuo. Vbi mundi gaudium peractum est, tum demum gaudium incipit, quod C H R I S T V S dat, idque perpetuo durat.

Ioan. 10.

Vide, hoc iam modo C H R I S T V S in isto miraculo suā gloriam manifestauit, hoc est, demonstrauit, probauitque se non modo Deum esse, verum etiam omnipotētem, honum, veracem, iustum & sapientem Deum esse. Imò declarauit

per

POSTILLA F. IOAN. FERI

per hoc se patrem esse inopum, se pro egenis curam gerere

Psal. 67. (quatenus in sua vocatione maneant & ambulent) le om-

Psal. 9. nia posse, omnem defectum nostrum supplere, se suos in

necessitate nunquam deserere, se aquam in vinum, tristitia in gaudium vertere, se pro temporali id quod aeternum est dare, & tandem reformare velle corpora humilitate sue,

Phil. 3. configurata corpori claritatis sue. Hæc gloria est Christi.

Iste bonus sapor est hujus vini, cuius suauissimus odor totum etiam orbem impleuit. Hoc C H R I S T U S per miraculum istud ostendere & manifestare voluit, nimis quod

sit verus & unicus Mæsias, Dei filius atq; adeo ipse Deus, Ecquid de Christo honorificent vel sciri vel dici potest?

Et quid iustus hic pertinet, q; quod Ioannes paulo infra dicit? Et cedererunt in eum discipuli eius. Quod si disci-

pulus Christi es, huic crede miraculo. Quia etiam hic dis-

ce fidem tuam confirmare, ne Christo unquam diffidas, quando gloriam eius clarissime vides, ita ut nemo dubi-

tare positis, quin sit unigenitus Dei filius. Quis igitur non

Ioan. 13. securè fiduciam stam in eo ponat? Hoc sibi vult Ioannes

z. Ioan. 3. in postrem huius euangelij verbis.

Et hoc modo miraculum istud accipere nos oportet, ac tum euangelium hoc verè & utiliter auditum erit, si de nobis dici quoque poterit, quod in Christum credamus. Ve- rū non loquor hic de nuda fide. Placet Christo, si postea quam gloriam eius agnouimus, in ipsum credamus, tum magnificamus, bonaq; omnia ex ipso speremus & expe- ctemus. Nihilominus tamen gratum illi quoq; est, si ipius exemplum imitemur, & erga proximum nostrum chari- tatem exhibeamus, sicuti ipse hic fecit. Imò non modo hoc illi acceptum est, verum etiam à nobis poscit & precipit, vt nos invicem diligamus, quemadmodum ipse dilexit nos, non verbis & lingua, sed ipso opere ac veritate.

Quoniam igitur in hodierno euangeliō ambo ista in Christo confpicimus, nimis gloriam miraculorum ipsius & exemplum charitatis, necessarium plane est, vt & nos utrumque accipiamus, alterum cum fide, alterum cum opere & imitacione, ita ut neutrum ab altero se iungatur, separeturq;. Hoc nos ecclesia docere vult, dum nobis hodie simul cum euangeliō talem epistolam p̄slegit, quæ nihil aliud habet, quam admonitiones, quæ ad veram pietatem faciunt, idq; non pro uno genere aut virtute statu, sed pro omnibus. Nemo enim ad id fastigii peruenit, qui non in hodierna

Ro. 13.

epistola.

epistola suam inueniat admonitionem, si quererat. Quintus
plices ecclesie functiones enumerat Paulus in hac episto-
la, sed singulis suum opus attribuit. Si quis, inquit, habet
donum prophetiae, videat ut sit secundum rationem fidei,
qui ministerium, minister, qui tribuit, tribuat in simplicita-
te, qui docet, doctrinæ vaceat, qui exhortatur, continuus sit
in exhortando, qui præfet, præfet in sollicitudine, qui misere-
retur, misereatur in hilaritate, &c. Sic Paulus loquitur de
ecclesiæ officiis. Verum longè alius mos apud nos inualuit.
Officia quidem residua sunt & conseruantur, imò melius
discerni nomina officiorum, opera autem quæ ad officia
pertinent, nemo vel tanti faciat. Idem videtur licet inter pro-
miscuam Christianorum multititudinem. Nemo non glo-
riatur de nomine Christiano, cæterā nominis vim & opus
nemo curat, cum tamen Paulus tot tantæq; recenseat, quæ
in homine Christiano requirantur. Nam hodiernam epi-
stolam, imò omnes suas epistolas ad solos Christianos scri-
psit, & ideo script, non ut sciretur tantum, sed opere quo-
que impleretur. Quis verò non videt quām nostra vita &
conversatio longe absit ab eo, quod Paulus in hodierna
epistola docet? Nec tamen iram & indignationem dei per-
timescimus, persuademus nobisip̄, Deum bona opera vilifi-
pendere, quasi Paulus tot verbis hugatus sit. Quare, inquā
denuo, ad fidem addamus insituamusq; vitam Christia-
nam, posteaquam in Christo miracula pariter & exempla
conspicimūs. Integrum nō dimidiatur Christum accipia-
mus. Audiamus non quod ad fidem solummodo, verum
etiam quod ad vitæ pieratē conducit. Hæc enim & Christi
& Pauli voluntas est. Deus nos sua gratia donet, Amen.

NONVS SERMO

Allegorianam Euangeli explicat.

Hodiernum istud euangelium indicat nobis Chri-
stum seinel interfuisse nuptiis atq; in iis primum
miraculum fecisse. Ex hoc quid bono Christiano
discendum capiendumq; sit, aliis in sermonibus
aperui. Nunc porro mysteriū huius historia audiemus con-
siderabimusq;. Sic ordo poscere videtur, ut literali sensu
percepto, allegoricus quoque & spiritualis intellectus dis-
quiratur excutiarurq;. Enimvero Paulus aperte dicit, ma-
trimonium esse magnum Sacramentum & mysterium, in
Christo nimurum & in ecclesia. Præterea in confessio est, in
Christo diuinam & humanā naturam, ita inter se conglu-
tinatas

2. Tim. §

Ephes. 5.

POSTILLA F. IOAN. FERI

tinatas esse, ut à se inuicem nunquam diuellantur. Hæc ita
que durarum naturarum conciliatio in Christo persona in-
diuidua, in nuptiis istis primū significata fuit, id quod om-
nes huius historiæ circumstantiae innunt.

Primo namque ut in matrimonio summa cōiunctio est,
ita ut ex duobus vnum corpus seu homo fiat. Atque hæc
copula ad mortem usque indissolubilis manet. Imò per
istiusmodi coniugium, omnia inter maritum & uxorem
communia fiunt. Sic etiam in Christo Deus & homo facili
sunt vna persona indissolubiliter conglutinata, habentes
inter se omnia communia, quod diuina natura potest, id
ipsum quoq; humanitati Christi ascribitur, propter istam
concordiam. Et ediuerso, quod humanitati Christi adha-
ret, id diuinæ quoque naturæ attribuitur ob tale quoque
vinculum.

Ioan. 1.

Secundo quod Ioannes dicit factas esse nuptias tertio
die, intellige ab eo tempore quo C H R I S T Y s discipulos
collegarat. Primo namq die Andreas & Petrus cum secuti
erant, altero porro Philippus & Nathanael se illi adiunge-
bant. Tertio hæc nuptiæ siebant. Significat hoc coniunctio-
nem istam utriusque naturæ in Christo, non primo, non
secundo, sed tertio die facta esse. Primus dies tempus illud
est, in quo lex naturæ principatum tantummodo tenebat,
nimis ab Adam usque ad Moysen. Secundus dies est tem-
pus scriptæ legis, nempe à Moysi ad Christum usque. Ter-
tius dies est tempus gratiæ à Christo usque ad consumma-
tionem sæculi, & hoc die nuptiæ coniunctio diuinæ & hu-
manæ naturæ facta est. Nouissimè diebus istis locutus est

Heb. 1.

nobis Deus in filio, inquit Paulus. Tertio, quod Ioannes
dicit nuptias istas celebratas esse in Cana, quæ vox Hebrei
zelum sonat, significat, quod hæc conciliatio diuinæ & hu-
manæ naturæ in Christo facta est ex magno zelo filii Dei
aduersus hostem diabolum, qui hominem, qui cum Deus
necessitudinē inire volebat, pessum dederat. Quartò, quod
Ioannes refert de sex hydriis, quæ in nuptiis erant, ad aque
usum tantum parata, quarum alia binos, alia ternos cados
capiebat, & tamen omnis aqua, quæ in illis continebatur,
vertebatur in vinum, significat totam multitudinem pa-
trum, qui per sex artates distributi, expectabant Christum.
Atque hi omnes habebant aquam salutiferæ sapientiæ, hoc
est, agnitionem, promissionem & scripturam de venturo
Christo, sed inæqualiter. Plus indicabatur Mosi, q; Abrahā

glisc

Ellisq; qui vel ante vel post illum fuerunt. Dauidi plus indicabatur quam Moisi. Quantum vero cunq; patres isti cognitionis, scripturarum & reuelationum habebant, nihil tamen erat aliud quam aqua insipida, diluta, & res imperfeta usque ad adventum Christi. Hic omnem illorum aquam in vinum vertit, omnem promissionem illis factam adimpliebit, & quod plus est, insipidam literam legis mutavit in lucundissimum ac letissimum euangelium. Quinto, quod Ioannes dicit ministros post factam mutationem aquæ in vinum hydrias accepisse, ex illis haussisse & architriclino prius gustandum obtulisse significat, quod sancti Apostoli alius eorum collegit ac posteri dulce vinum euangelij per Christum factum nobis & aliis hominibus infuderint, & totum orbem exhilararint, id quod etiamnum faciunt, facturisq; sunt vñq; ad finem seculi, sed prius tamen architriclino gustandum offerunt. Nam ipsi sibi nihil, sed totum soli Deo ascribunt, iuxta illud Pauli: Non ego, sed gratia dei mecum, intellige, talia operatur.

2. Cor. 11

Vide hoc per nuptias nobis adumbratū & ostensum est. Ad has spirituales nuptias ac copulam diuinæ & humanae naturæ in Christo vocati sumus omnes, mens accumbimus, bibimus generosum vinum euangeliæ, ad quod quicquid alii habuere, nihil fuit aliud quam aqua, latamur & admiramur retrusa & incomprehensibilia consilia Dei, & talis vini, talis gratiae euangelice non initio statim neque in medio, sed prope sub finem mundi hominibus copiam fecit. Interea quoque temporis incredibili desiderio aspiramus ad perfectas illas nuptias, ad quas post hanc vitam sediles introducentur, ubi intimè cum Deo coniungentur, ac omnis illorum aqua, omnissima tristitia in gaudium semperiturnum vertetur. Imò ubi Deus ipse omnes lachrymas ab oculis eorum absterget, &c. Beati qui ad coronam nuptiarum agni vocati sunt, omnium verò beatissimi, quos Deus sponsam suam habere dignabitur. Haec allegoria est, seu spirituialis interpretatio istius historie & nuptiarum, quam nūc etiam ad tropologiam & ad bonos mores traducere nos oportet. Totum enim quod hactenus in allegoria audiimus ad fidem tantum spectat. Nuptiae peculiariter referuntur ad Christum & sanctam illius incarnationem, in qua diuina & humana naturæ inter se mutuo conciliatae sunt in Christo. Ex illa personali coniunctione, alia coniunctio sequuta est, nimis Christi & ecclesie, de qua scribit Paulus

Mat. 23

Apoc. 12

Apoc. 19

ad

POSTILLA F. IOAN. FERD.

Ephe. 5. ad Ephesios necnon ad Corinthios. Ex hac insuper tertia
2. Cor. 11 sequatur necesse est, videlicet coniunctio cuiuslibet animae Christianae singulatim cum Christo. Alioqui enim nihil mihi prodest, quod diuinæ naturæ cum humana in Christo conueniat, & quod C H R I S T U S cum ecclesia & Christianitate communi vinculo sese obstrinxerit, nisi & ego

Osee. x.

Christo affliger & in ipsius coniunctione manea. Huc pertinet quod Deus dicit non ad totam solum fidelium multitudinem, sed etiam ad singulas animas speciatim. Ego sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, in misericordia & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide. In his nuptiis & copula hac C H R I S T U S sponsus est, quilibet vero anima christiana sponsa est. Nam ubi alii sponsi suis sponsis dant aurum, argentum, margaritum, aut gemmatum, ibi Christus sponsa sue proprium suum sanguinem dedit, ut illam sanctificaret, samque sibi exhiberet gloriosam non habentem maculam aut rugam.

Ephe. 5.

Hæ nuptiae & conciliatio animatum nostratum cum Christo fieri debet cum ferueti quadam cupiditate ex hoc seculo transeundi in veram patriam. His nuptiis mater quoque Iesu & apostoli interfunt. Tamen si enim viri uerius constitutus fidelium unica sponsa Christi est, vnaqueque tamen anima speciatim iungitur Christo. In ipsis nuptiis primum omnium requiritur vinum interni gaudii, & consolationis, aliqui frustra extrinsecus omnia facimus, illud autem vinum subministrat solus C H R I S T U S. Alias quidem sex habemus hydrias, hoc est, sextuplicia exercitia, quibus mundare & purgare nos possumus, ne omnino spuri & immundici appareamus hominibus. Sed nihil profunt omnia, nisi C H R I S T U S talen aquam in vinum conuertat.

3. Reg. 17

Primum est meditatio verbi diuini, hæc aliquid facit ad purificationem, sed tamen non sufficit. Ea est amphora vidua Sareptana inexhausta. Etenim verbum Dei semper pars meditationis ansam nobis praebet. Hæc amphora continet ternos cados. Nam per diuini verbi conſiderationem fides constabiliatur, vita instruitur, spes erigitur.

Eccle. 12

Alferum, quod adhibere possumus ad purificationem, est recordatio nostræ mortalitatis. Hæc olla est, quæ ad eacum allisa constringitur, ut ait Salomon, ea continet binos cados, per hoc enim doceimus duo conſiderare, nimisrum quod necessario in fata nos concedere oporteat, & quod hora mortis nos lateat. Non nihil hoc etiam ad purificationem

BO. II. POST EPIPH. SER. IX. 241

tionem facit. Abstrahit nos à peccatis vñ dicit Sapiens: Me: Eccl. 7.
morare nouissima tua, & non peccabis in eternum. Verum:
tamen nondum satis id est, nisi C H R I S T V S accedat.

Tertium, quo mundari possumus est misericordia erga
pauperes, hæc operit peccata, & abstergit, vt videre est in Tob. 4.
Tobia. Hæc amphora est quam Rebecca gestabat, quæc ce G. 12.
leriter de humeris deponenda est, quo homini egeno suci Gen. 24.
curratur. Ea continet binos cados. Animo nanque miseris
condolere debemus & manibus opitulari.

Quartum, est severitas & zelus aduersus improbos. Ea Iudi. 7.
olla est Gedeonis, qua vtebatur contra Madianitas. Con:
tinet & hæc binos cados. Etenim Christiana severitas &
zelus intus ex veritatis amore & studio ardore debet & ex:
terius ex fraterna charitate malum increpare.

Quintum quod habemus, spiritus est contritus in pre- Tsal. 50.
catione. Ea est hydria Heliæ, qua in sacrificio vtebatur, hæc
continet binos cados. Nam in oratione homo huius vitæ
miseriam deserit, & aspirat ad futuram.

Sextum, est gustatio & experimentum diuinæ dulcedis:
nis. Ista est hydria, quam Salomon curabat ponì inter vasā 3. Reg. 7.
templi. Ea continet ternos cados, nam interdum diuina
dulcedo gustatur in sola agnitione, interdum in solo affe:
ctu, non nunquam vtroque simul. Omnia ista exercita ad
externam non nihil faciunt purificationem, sed nihil aliud
quam insipida aqua est, nisi C H R I S T V S accedat. Tū verò
hæc aqua in vinum vertitur, quando nobis C H R I S T V S
per suam gratiam facit suave & facile, quod aliqui nobis
insipidum ac austерum foret. Hoc pacto nobis historia ista
non modo ad fidem, verum etiam ad bonos mores inser:
uire potest, non tantum credere nos oportet quod in Chri:
sto diuina & humana naturæ coaluerint, & in vnâ sint per:
sonam redactæ, & q C H R I S T V S se in coniugiū Christia:
nitati concrediderit, sed etiam atq; etiam videre debemus,
vt ipsi quoque in illa coniunctione & simus & maneamus.
Atque ad hanc rem opus est ueste nuptiali, qua qui indu:
tus non est, is haud dubie in densissimas conicuetur tene:
bras. Qualis porro illa nuptialis uestis sit, demonstrat id
Paulus in hodierna Epistola. Ea est charitas erga Deum &
proximum, hanc uestem nuptialem suis Paulus coloribus
probè depingit, vt pote primò charitati erga proximum tri:
plicem attribuit colorem, ea enim sic constituta esse deberet,
vt sit primò in corde, deinde verbis sese proferat, & tertio

Mat. 22.

Rom. 12.

HH ipso

POSTILLA F. IOAN. FERI

ipso opere sese declarat. In corde primo charitas esse debet verax, aut ut Paulus loquitur, non ficta, immo ut idem dicit fraterna esse charitas debet. Secundo, charitas erga proximum pura esse debet, ne cum persona proximi notiri simul peccata diligamus, aut bonum ostendere incipiamus. Idcirco non abs re dicit Paulus: Odientes malum, & adhaerentes bono. Tertio quoque charitas in corde esse debet humilis, Ideo subiecit Paulus: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Hi colores sunt, quibus vestis ista nupcialis, charitas in corde ornata esse debet. In ore, hic genuinus charitatis color est, ut bene prececumur iis, qui nobis males dicunt, &c. Charitatis qua in opere consistit Paulus discrimen facit, docet primo eos, qui ecclesiae praesunt, peculiares functiones & munera gerunt. Si quis donum, inquit, propheticæ habet, videat ut sit secundum rationem fidei, &c. Si quis ministerium, sis minister. Si quis docet, doctrina is incumbat. Si quis exhortatur, in exhortando perseueret, Si quis tribuit, in simplicitate tribuat. Si quis praest, in sollicitudine praefit. Si quis miseretur, misercatur in hilaritate. Hi colores sunt, qui ecclesiae ministros & antistites in ueste nupciali decent. Indicat Paulus etiam vulgo Christianorum, quales colores in sua ueste nupciali habent debeat. Alter alteri honore praeueniat. Necessestibus sanctorum communiceris, hospitalitatem sectemini, gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Hac omnia ad charitatem erga proximum spectant.

Qui vero charitatis in Deum colores sint Paulus quoque docet. Estote, inquit, spiritu feruentes, domino servientes, spe gaudientes, in tribulatione patientes, orationi insiantes. Hi colores sunt, qui ad charitatem Dei pertinent. Hinc liquidò apparet, quam pulchre Paulus eos, qui ad spirituales nuptias Christi & ecclesiae suæ vocati sunt informet ac imbuat. Ad id nimurum cuncta referuntur, quod Christus etiam volebat ubi inquit, Similes esiote hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur à nuptiis, ut cum venerit & pulsauerit, confessim aperiant ei. Verum illi non expectant dominum suum, quorum animus terrenis bonis affixus est & intentus, sed hi, qui aliis rebus postpositis omnibus hoc solummodo cogitant, ut in vera nupciali sua ueste in nuptiis compareant, hi intrabunt in gaudium domini. Deus Opt. Max. faxit, ut totis viribus ad id annitamur.

DECI,

DECIMVS SERMO

Agit de triplici apparitione seu manifestatione Christi.

Hodiernum euangelium Christum nobis propo-
nit bisarium, tanquam admirabilem & prorius sua-
uem. Admirabilem in eo quod naturam rerum crea-
turarum sine ullo negotio mutare & vertere po-
tunt. Suauem vero, quod cum tanto miraculo humanæ ne-
cessitat & defectui mederi voluit. Duo sunt, quæ homœ
Christianus diligenter obseruare debet. Primum inflam-
mare & expergefacere nos potest. Alterum ad Christum nos
impellere debet, & in ipso conferuare. Et quem tam cele-
bre miraculum non excitat, is profecto, immadicabili veter-
no laborat. Porro quem tanta Christi humanitas non tra-
hit, quouis lapideis durior est. Quare indignè facimus, si
queramur, quod hi homines nuptiales plura & maiora à
Christo beneficia acceperint, quam nos.

Primo namque C H R I S T U S spospondit nobis se no-
biscum fore. Vbi sunt duo aut tres, inquit, congregati in
nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et tameti non sem-
per aquam in vinum vertat, ut oculis cerni possit, facit ta-
men id inuisibili quadam ratione, non tantum in vitibus,
sed in eo etiam, dum nobis miseras omnes & grumnas hic
sua gratia donis suaves & faciles reddit, ac deinde omnem
nostram tristitiam cum æterno gaudio commutat. Et si rem
ipsum confiderate libet, plus de nobis meritus est Christus
quam de illis. Exiguum tenorius erat, quod apud illos
agebat. Nobiscum est omnibus diebus usque ad consum-
mationem facili. Illis semel succurrebat, nobis succurrerit
omni tempore. In illos conferebat temporale beneficium,
nobis largitur temporale, spirituale & æternum. Salem in
hoc nobilissimi peius agitur, quod in nos competit, id quod
aliquando C H R I S T U S Iudeis exprobrat. Loquor vobis:
non creditis, opera quæ ego facio in nomine patris
mei, hæc testimonium perhibent de me: sed vos non credi-
tis. Incredulitas omnes res nostras disperdit, & in discernim
omnium bonorum nos adducit. Non omnes creditunt euani-
geliu. Christus faciebat magnū miraculum & gratia opus
in Cana, quod mortalibus omnibus gaudium & solarium
adferre potuisse.

Sed quid dicit Ioannes? Crediderunt in eum discipuli
eius. Hos solos nominat, non meminit civium in Cana, aut
etiam coniuarium, qui nuptiis intererant, quod credi-
derint.
HH 2 derint

POSTILLA F. IOAN. FERI

derint. Non. Discipuli eius, inquit, crediderunt in eum. In his solis miraculum istud otiosum non fuit.

Quod tum accidit, hoc ipsum inter Adami posteros etiam
num fieri consuevit & plus quam re plurimorum est.
Deus liberalissime nobis impartiit omnia, quibus indige-
mus tam temporalia quam spiritualiter, certeum pauci
sunt, qui agnoscant, id quod non raro Israëlitis exprobavit,

Esa. I.

Osee. 2.

Iean. 5.

quia ego dedi ei frumentum & vinum & oleum, &c. Et Christus in euangelio: Pater meus vsque modo operatur: & ego operor, Deus pater temporalia nobis suppeditat. C H R I S T V S spiritualia. Sed quorus quisque est, qui hoc agnoscit aut animo secum reputat? Quot homines esse existimamus, qui de Deo animis cogitant? imò vbi profusissime Deus sua dona elargitus est, ibi minimum gratitudinis deprehenditur. Quorū igitur Deus manum suam nō contrahat ac planè à talibus hominibus auertat suāq; dona repeatat?

Quanquam in veteribus Prophetis hoc aperie intermixtum est, ut cum primis videre est in Osee & in Esaias. Tantum nos circumspectiores sumus oportet, ne ingratissimis istis hominibus similes sumus. Sumus enim & nos vocati ad celebres nuptias, & mensis accumbimus opulentio domini. Grati itaque sumus, & summa cum diligentia obseruamus, quod appositum nobis sit, ut Sapiens ait. Quare adhuc scimus hodiernum Euangelium nobis proponemus, praecipue ob verbum illud quod Ioannes dicit. Christus hoc signo manifestauit gloriam suam: Iustus verbum in memoriem nobis redigere debet festu Epiphaniae, in quo dixi triplicem apparitionem seu manifestationem Christi con-

Mar. 2.

*Mar. 3. id est fieri potest. Num quia Chilinus natum a natura
Ioan. 2 per vocem patris & apparitionem spiritus sancti ac postea:*

20.11.2 per vocem patris & apparitionem spiritus sancti, ac postea
modo cum predicandi munus inchoatus, per hodiernum mil-
raculum primum manifestatus est. Hec triplex apparitio in
ecclesia ordine nobis ob oculos ponitur, nec ab iniuciem
seungi debent. Sunt argumenta certissima, quod Christus
sit filius Dei, rex celorum, & seruator mundi. Sunt fidei nostrae
iniuncta propagacula. Sunt testimonia infallibilia, que si
dem nostram in Christo constabilire & corroborare debent.

Non

Non potuit Deus filium suum melius orbi manifestare quam per hac tria, per stellam, per vocem suam & per diuinam miracula: stella non fallit, non fallit vox patris, non fallunt miracula. Nemo in terris exitit unquam, de quo tria Deut. 17.
hac testima lata sint, excepto Christo. Hunc Deus nobis ita manifestare voluit, ut nemo de eo dubitare posset. Si non sufficit unus testis ad rem quampliam coram mundo confirmandam, ecce Deus triplici modo de Christo testificatus est. Si stella te in fide erga Christum non satis constabili, adde vocem patris, quod si tum quoque vacillas, intuere miracula illius, hec tria iunge, & habebis triplicem funiculum, quem omnes inferorum portæ rumpere non valebunt.

De duabus prioribus Christi apparitionibus, duabus dominicis quae hanc proximè præcesserunt audiuimus. De terzia apparitione loquitur Ioannes in hodierno euāgeliō hunc in modum. Hoc, inquit, fecit initium signorum Iesus Ioh. 20. in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam. Rogas, quam gloriā manifestauerit? Quod sit filius Dei & Deus, qui à pauperum partibus stat, qui in omni necessitate auxiliari potest, qui erflammum hodierno die nobis ex aqua vinum facit, qui quicquid nos premit, grauat, discruciat et nobis aduersum est, leue facit, qui tetricam legē in lētum euangelium mutat, qui fluctuantem conscientiā ad veram tranquillitatem traducit, omnes miserias & calamitates huius vitæ, & gemitines corporis, persecutions mundi in sempiternum gaudium vertit, denique totum hominem corpore & anima saluum facit. Hec gloria est, quam in hoc euangelio C H R I S T U S suis discipulis, in omnibus iis, qui in ipsum credunt manifestauit. Hoc, inquit Ioannes, fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam. Cur autem Christus hoc adeò miraculo gloriam suam ac diuinam virtutem primò declarare & manifestare voluerit, in aliis sermonibus dictum est. Triplice ista apparitione homini Christiano duas ad res conducere potest. Primò (ut dictum est) ad constabiliendā fidē & ad hauriendum inde solatium. Secundò, ut ea omnia in seipso declaret. Triplici enim testimonio homo Christianus commendari debet, primò stellæ, hoc est, fidei testimonio, secundò vocis patris, hoc est, conscientiæ corā Deo spestatæ, testimonio, tertio, proprietatum suorum operum coram mundo testimonio. Tum Epiphania perfecta est, tum tanq;

Eccl. 4.

ROSTILLA F. IOAN. FERI

veri Christiani coram Deo & mundo manifestati sumus,
Atque hoc cogitare vnicè nos oportet, vt hac tria testimonia
simul parata habeamus, sicut habuit & C H R I S T V S.
Nō satis est, vt stella, hoc est, fides de nobis testificetur, nisi
testificetur etiam de nobis bona cōscientia. Quin vero ne:
que illud sufficit, nisi insuper fidem nostrā & bonam con:
scientiam operum testimonio comprobemus, atque adeo
tota nostra vita.

Rom. 12

Hac ipsa de re præcepta nobis dat Paulus in hodierna
epistola. Poterat exemplum Christi & matris ipsius nos
abundè docere, quæ sint opera, quibus fidem nostrā & pro:
bam conscientiam declarare comprobarēque debeamus.
C H R I S T V S adeo nō efferebatur diuinitate sua, vt etiam
erga pauperes humilem & benignum se præberet. Sic Ma:
ria quanuis multis & exīniis dōtibus prædicta erat, inode:
re tamen se gerebat, & officiosa erat in pauperes nuptiales
homines. Hæc duo potissimum vereq; cum fidem tu: bo:
nam conscientiam manifestant & produnt, nimur fides
& charitas. Hæc ad viuum nobis depingit Paulus in ista
Epistola, ita vt nemo tam rudis sit quin intelligat. Neque
quisquā villo colore se purgare aut excusare poterit. Nam
etiamsi dicas. Non sum propheta, non verbi diuini præco,
tempub. non administrō, nullam gero prouinciam, nihil
in communi ecclesia officii mihi delegatum est, &cet. alia
Paulus enumerat plurima, quæ ad omnes Christianos ho:
mines pertinent, quæq; totam hominis vitam occupatam
reddere queant. Arque hic quisque facile viderit, quantum
adhuc nobis desit. Quare tanto magis conari debemus, ve
triplex hoc nostrū testimonium, quam queat occissimè con:
sequamur retineamusq;, & vt C H R I S T V S per stellā, per
vocem patris & per propria miracula declaratus & mani:
festatus est, tanquā verus filius Dei & seruator mundi, ita
& nos per fidem, per mentem conscientiam recti & vite sancti:
moniam, veri Dei filii inueniamur. Hec bono homini

Christianano circa triplicem istam Epiphaniam &
manifestationem Christi consideranda
sunt. Deus nobis largiatur suam
gratiam, Amen.

Domini